
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

CYPRIANI REGNERI AB OOSTERGA
ZWOLLANI,

CENSURA BELGICA,

SEU

Novæ Notæ & Animadverſiones,

QUIBUS

Omnes & ſingulæ Authenticæ ſeu Novellæ Conſtitutiones Iuſtin. Sacratiſſ. Princip. perpet. Auguſt.

UT ET

Conſuetudines Feudorum.

Moribus præcipuè Belgii, Moribus generalioribus Chriſtianorum, jure Divino, jure Canon. Philoſophia morali, rebus judicat. Communi DD. opinione, Hiſtoricis, Antiquariis, Aliiſque Auctoribus confirmantur, illuſtrantur, refutantur.



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex Officinâ GISBERTI à ZYLL, Bibliopolæ.
cIɔ. Iɔ.c. LXIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Nobiliſſimo, Generoſiſſimo, Strenuiſſimoque

IUVENI-VIRO

D. D. CAROLO de VALCKENAER,

Legitimo Paternarum virtutum Succeſſori, Libero Toparchæ in WENAERT, Domino de DUYCKENBURGH, GIESSEN, LIS, BOTTESTEYN, BATTUM, MEYE &c. in inferiore Provinciæ Ultraject. Diſtrictu Mareſcallo Graviſſimo, Vigilantiſſimo, Digniſſimo &c.

CYPRIANUS REGNERI ab OOSTERGA

D. C. Q.

QUum nuper animo agitarem, cui juxta pervetuſtam conſuetudinem haſce poſteriores meas lucubrationes dedicarem, occurrit mihi, Nobiliſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ſime Juvenis, tua ſingularis erga me remuneranda humanitas. Ut ergo publicum quoque aliquod meum grati in Te animi exſtaret monumentum, meique ad Te affectus τεκμήριον ἀναμφισβήτητον, meo me officio litaturum exiſtimavi, ſi has meas ad Novellas & Feuda notas illuſtri Nomini tuo inſcriberem & conſecrarem. Tu pro tua ſolita benevolentia iſtas commentationes benigna fronte accipito, quibus olim ſub noſtro præſidio attentas aures præbere dignatus es. Et ne tuus vel meus labor inutilis fuiſſe cenſeatur, tribus encomiis jus Novellarum Feudorumque commendabo. Teſte Gudelino, utiliſſimum & præſtantiſſimum procul dubio eſt Νεαρῶν volumen. Quin unus, inquit, hic Li-

ber omnes reliquas juris Bibliothecas pondere auctoritatis & uberte utilitatis longe ſuperat. Mynſingerus memoriæ podidit, Novellas merito Legum colophonem & columnam dici. Holoander hoc juris penu cunctis Regum ærariis prætulit. Quantæ dignitatis ac præſtantiæ ſint Libri feudorum, ſignificavi tum ad tit. 1. de conſuetud. feud. tum in dedicat. quam præmiſi quatuor diſputationib ad method. feudal. Everard. Bronchorſt. Quantam vero neceſſitatem contineant noſtræ ad præfata Jura notæ & animadverſiones, pudor metuſque vetant, quominus exprimam. Sane neceſſariam eſſe illam utriuſque Libri illuſtrationem, quam ſumma vi affecto, nullus

Prudentum inficiatur. Hactenus deſiderata eſt, ſed nuſquam reperta eſt. Quid ego præſtiterim, lubens Aliorum ſubactioribus judiciis relinquo, nec plures inſtituti mei rationes ſubnecto, cum fruſtra in appendice enarrari videantur, quæ in præfationib. noſtr. ad Inſt. Pand. & Cod. vulgata ſunt. Ultimam igitur manum ultimis Libris juris civilis imponens denuo abs Te, Juvenis nobiliſſime, obnixe contendo, ut Tibi noſter ſaltem honeſtus conatus arrideat placeatque. Πανίδȣ ψῆφον nequaquam curo. Hujus voti ſi me compotem feceris, ſublimi feriam ſydera vertice, Deumq; Opt. Max. ſupplex precabor, ut Te mihi addictum diu ſalvum & incolumem conſervet, qui Tibi Tuisque eſt μέχει βωμῶν.

Addictiſſimus devotiſſimuſque

C. R. A. O.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA ZWOLLANI,

CENSURA BELGICA

SEU

Novæ notæ & Animadverſiones

QUIBUS

Omnes & ſingulæ Authenticæ ſeu Novellæ Conſtitutiones Iuſtin. ſacratiſſ. Princip. perpet. Auguſt.

UT ET

CONSUETUDINES FEUDORUM;

Moribus præcipue Belgii, Moribus generaliorib. Chriſtian. Iure Divino, Iure Canon. Philoſoph. morali, reb. judicat. Communi DD. opin. Hiſtoric. Antiquar. Aliisque Auctorib. confirmantur, illuſtrantur, refutantur.

COLLATIO PRIMA DE HÆREDIBUS & FALCIDIA.

TITULUS I.

NOVELLA CONSTIT. I.

PRÆFATIO.

SUmma *præfat.* quæ vix quid juris continet, hæc eſto ex *Bart.* Totius Reipub. cura occupat Principem ad cogitandum pro Repub. Item ſubjectorum utilitas, & eorum interpellatio legis condendæ occaſionem præbuit. Item liberis & parentibus, interdum etiam fratribus de neceſſitate legitima portio debetur, aliis vero ex voluntate. Quali vero neceſſitate lex imponat neceſſitatem parentibus, ut liberis ſaltem relinquant legitimam, dixi ad *tit. Inſt. de exheredat. liberor. & ad tit. D. de liber. & poſthum. & ad tit.* 28. *& ſeq. Lib.* 6. *Cod.* Quo ſenſu, quove reſpectu in *d.* §. 2. legitima dicatur debitum naturæ, dixi ad *l.* 36. §. 2. *C. de inoff. teſtam.* Quando vero fratribus debeatur, & quando competat querela inoff. teſtam. dixi ad *l.* 27. *C. eod.* Reliqua, quæ ſpectant hiſtor. antiquitat. aut correction. aut verſion. *text.* vide apud *Cujac. Gothof. Aliosque ad d. præfat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. I.

RAtio, cur in *pr. d. cap.* 1. heres vel legatarius amittat, quod ei relictum eſt, ſi mandatum teſtatoris implere noluerit, deſcendit ex ipſa veriſimili voluntate teſtatoris, qui non relicturus præſumitur, ſi ſciviſſet, heredem aut legatarium non impleturum, quod injunctum eſt. Sub tacita itaque conditione relictum videtur. Unde & illa regula, qui in uno agnoſcit voluntatem teſtatoris, ille etiam in cœteris agnoſcere tenetur. *l. 1. & 2. D. de adq. vel amit. hered.*

Ratio, cur in primo membro vel primo caſu. §. 1. filius retineat legitimam, hæc videtur; quia legitima eſt debitum naturæ, quod debetur inſtar alimentorum, quæ filio non temere deneganda ſunt. Vide *noſtr. ad l. 32. C. de inoff. teſt.* An & quando tamen in ea legitima ex heredari poſſit, *lat. ad Nov.* 115. *c.* 3. Quomodo quarta mutata ſit, *lat. ad Nov.* 18. *cap.* 1. An & quando jure canon. duas quartas deducere liceat, ſignificavi ad *l. 6. C. ad SCt. Trebellian. & ad Nov.* 39. *cap.* 1. Ratio, cur in ſecundo caſu reliquum adcreſcat cœteris heredibus pro parte hereditaria, etiam deſcendit ex veriſimili voluntate teſtatoris, qui heredibus ab inteſt. proſpicere noluit. An & quatenus conjunctus præferatur disjuncto, ſignificavi ad *l. 89. D. de leg. 3.* Ratio, cur in tertio caſu, quando ſcilicet nullus heres adit hereditatem, ipſi legatarii vel fideicommiſſarii poſſint adire & ſic adquirere, quod filius vel alius heres ob præcept. intra annum non implet. amiſit, fundata quoque videtur in veriſimili voluntate teſtatoris, quæ implementum præcepti deſiderat.

Ratio, cur tamen legatarii vel fideicommiſſarii teneantur cavere de præcepto teſtatoris implendo, data eſt à nobis ad *l. 19. D. de leg. 3. & ad tit. D. ſi cui plus quam per l. Falcid.* Ratio, cur ſuperioribus deficientibus, ſuccedant heredes ab inteſt. juxta jus ſanguinis modo nec ſint ex illis, qui præceptum teſtatoris implere recuſant, vulgaris eſt, & ſæpius data ad *tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* lat. ad *Nov.* 118. ubi etiam de ſucceſſione fiſci, de qua *d.* §. 1. Ratio, cur fideicommiſſar. univerſalis præferatur particulari, & major minori, addita eſt *ibid.* ſed potior deſumitur ex veriſimili voluntate teſtatoris, ut *ſup. ſæp.* Eadem eſt ratio, cur in *verb. ſeqq.* major legatarius aut fideicommiſſarius ſingularis prȩferatur minori legatario vel fideicom. De ſervis, quibus libertat. conſerv. gratia bona quandoque addicuntur, nihil adnotandum cenſeo, quia Belgium eos non agnoſcit. Ratio, cur in pari fortuna fideicommiſſarius univerſalis præferendus ſit, data eſt in *d. verſ. quon. & in ſimilitud.* ſcilicet ſi paratus ſit implere juſſum teſtatoris, aliàs præfertur æqualis legatarius. Cœtera de ſervis non attingo. De anno, de quo in *pr. d.* §. 1. lat. ad *cap.* 4.

Ratio, cur in §. 2. illi, quibus ex natura debetur, retineant legitimam, licet mandato teſtatoris non pareant, data eſt ad *pr. d.* §. 1. Ratio, cur in *d.* §. 2. heres extraneus non implens mandat. teſtat. non poſſit detrahere Falcid. vel prælegata retinere, data eſt ad *pr. cap.* 1. Reliqua de coherede, de legatariis & onere cautionis hic repetita, ſunt excuſſa in §. *præced.*

Ratio, cur in §. 3. ſubſtitutus præferatur ipſi coheredi, manifeſta eſt ex voluntate teſtatoris ſubſtituentis, modo impleat legitimam diſpoſitionem injunctam. *d.* §. 3. Reliqua repetita excuſſa ſunt excuſſa ad §. 1.

Ratio, cur in §. 4. liberi juſte exheredati nullo modo admitti poſſint, licet cœteri mandat. teſtat. adimplere nolint, ſubjecta eſt *ibid.* Sed quid, ſi liberi tantum prȩteriti ſunt, vel injuſte exheredati? Nos probavimus, teſtament. nullum eſſe, &

ideo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ideo *Gloſ. Accurſ. Aliorumque ad d.* §. 4. rejiciendæ ſunt, ut *lat. ad Nov.* 115. *cap.* 3. *& ad tit. Inſt. de exheredat. liber.* Reliqua repetita ex §. 1. excuſſa ſunt ad *d.* §. 1. Ratio, cur hæc lex vel conſtitutio nova non debeat videri dura, licet quis relictis privetur, adjecta eſt in *verſ. Et nullus hanc leg. &c.* quâ tamen proprior à nobis data videtur in *præced.*

CAP. II.

RAtio, cur in *pr. d. cap.* 2. heres poſſit detrahere Falcid. quando ſcil. multis legatis vel fideicom. particul. gravatus eſt, addita eſt *ibid.* ſed revera in ea ſibi contrarius eſt Imp. Nam ſi voluntas teſtatoris ubique tuenda eſt, ergo heres non poteſt deducere quart. Falcid. ſed teſtamentum potius ſervandum eſt prout jacet, ſicuti teſtamentum militis. *l.* 7. *C. ad l. Falcid.* Et ideo illi quidam, de quib. Imp. in *d. pr.* recte judicarunt, detractionem Falcid. repugnare voluntati teſtatoris. Atque ita Morib. multar. Gent. receptum eſſe, oſtendi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de l. Falcid.* Sane ſi heres aliquid ſubripiat, omnino eo minus ſentit in Falcid. *d. pr. in fin.*

Quæ tempora, de quib. §. 1. obſervanda ſint in confectione inventarii, dixi ad *l. ult. C. de jur. delib.* Reliqua de modo, quem heres ad ſecuritat. ſuam ſervare debeat, perſpicua ſunt in ipſo *d.* §. 1. Quam & quantam fidem Notarius hodie mereatur, dixi ad *l.* 16. *C. de fid. inſtrum. & alib. ſæp.*

Temere profecto heres in §. 2. amitteret Falcid. quod inventarium non fecerit, ſi ſcil. Falcidia fundata eſſet in juſta ratione. Cur non potius benignus, quàm malignus præſumitur, quum bona teſtatoris noluerit facere ſuſpecta? Si Trebellianicam non amittat, (ſaltem in praxi) cur amittet Falcid.? Utique non temere quis præſumitur bona quædam occultare voluiſſe, cum regulariter tam diu aliquis præſumatur bonus, donec contrarium probetur? Vide *not. & diſp. noſtr. ad auth. ſed cum teſtat. C. ad l. Falcid.* ubi etiam de tacita prohibit. l. Falcid. & de filio, qui hereditat. patris adiit ſine confect. invent. &c. Quid in veritate vel in abſtracto videatur dicendum, apparet ex *noſtr. præmiſſ. ad d. pr.*

CAP. III.

RAtio, cur in *d. c.* 3. heres teneatur aliis integra legata ſolvere, quando quibuſdam jam ſolvit tota, addita eſt *ibid.* ſed proprior à nobis data eſt ad *pr. d. c.* 2. Sane ob probabilem ignorantiam vel inexſpectatam læſionem hodie non facile denegaretur reſtit. in integr. ut *lat. probat. ad l.* 1. *D. quib. ex cauſ. major.*

CAP. IV.

RAtio, cur in *pr. d. c.* 4. heres cadat relictis, ſi non ſolvat legata, vel præſtet mandata teſtat. intra ann. poſtquam etiam ab ipſo judice eſt condemnatus vel admonitus, videtur deſumenda ex hac voluntate teſtatoris, quod teſtator veriſimiliter non fuiſſet heredi relicturus, ſi talem moram in herede proſpicere potuiſſet. Hodie tamen non temere quis privatur relictis, & facile contra ann. datur reſtit. in integr. ut *lat. notat. ad* §. 1. *& ſeqq. C. de judic. & alib.* Ratio, cur in §. 1. dictus anni lapſus non currat pupillis aut minorib. 25. ann. & cur duplex hoc caſu competat juris remedium, data eſt ad *l.* 3. *C. ſi tut. vel curat.* Reliqua de patrono & liberto apud Belgas inutilia ſunt. An militaris perſona in §. 2. denotetur teſtator miles, an heres inſtitutus, & an ſaltem quoad obſequium, non vero quoad æs alienum vel integra legata, licet omiſerit inventarium, parum attendo ob ration. dat. ad *ad c.* 2. *pr.* Videſis tamen *Accurſ. Bart. Gothof. ad d.* §. 2. *cap.* 4. Hinc etiam nullus ſum ſolicitus de rationibus, quibus in epilogo ſuam conſtitut. Juſtin. claudit & confirmat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De non eligendo ſecundo nubent. &c.

TITULUS II.

NOVEL. CONSTIT. II.

PRÆFATIO.

IN *pr. d. præfat.* refertur ratio generalis, cur Imperatores quandoque cogantur ad correction. jur. veter. & ad conſtit. juris novi. In §. 1. *d. præfat.* narratur hiſtoria ſeu quæſtio de Gregoria quadam, quæ occaſionem dedit huic *Novel. conſtit.* 2. De jure veteri, quo mater ſecundo nubens poterat unum ex liberis eligere, eique ſoli largiri commoda donat. à marito acceptæ, dixi ad *l.* 3. *&* 5. *C. de ſecund. nupt.* Sane ſi ſecundæ nuptiæ fiant lege Divina permittente, imo jubente, ut *lat. ad d. l.* 3. *& auth. ſeqq.* & jure ſanguinis ſola filio ſuccedat, nullus video, cur mulier domina non poſſit uni ex liberis plus donare, quam alteri, modo cuilibet ſalva maneat legitima? Utique mater ſæpe plus favoris aut amoris experitur ab uno quam ab altero, ſicut argumentata eſt dicta Gregoria in *d.* §. Unde etiam multi DD. exiſtimant, hoc jus Rom. ſuper. jure Canon. correctum eſſe, ut *lat. ad d. l.* 3.

CAP. I.

RAtio, cur in *d. c.* 1. proprietas donat. antenupt. ſtatim poſt ſecund. nupt. Gregoriæ tranſeat in filiam, intermixta eſt *ibid.* ſed potius Juſtin. facit injuriam Gregoriæ, & exhonorat eand. *ob ration. ad d. proœm. præmiſſ.*

CAP. II.

POſita illa hypotheſi, quod mulier juſte amittat proprietat. donat. antenupt. quando tranſit ad ſecunda vota, nihil iniqui continet *d. c.* 2. Sed hactenus in neminem Interpret. incidi, qui pœnas binubor, ut vocat Juſtin. in §. 1. *d. c.* 2. ſolidis rationibus probaverit. Quinimo communis DD. opinio eſt, quod jure Canon. illæ ſaltem pœnæ ſecundar. nupt. abrogatæ ſint, quæ in odium ſecund. nuptiar. introductæ ſunt, ut *lat. ad l.* 3. *&* 6. *C. de ſecund. nupt.*

CAP. III.

RAtiones, cur in *d. c.* 3. mater filio in cœteris bonis (except. donat. antenupt.) ſuccedat ab inteſt. ſive nubat ſecundo, ſive non nubat, tales occurrunt in *d. c.* 3. ut nec ab ipſis bonis antenupt. excludenda videatur, vel ulla pœna digna, quod tranſierit ad ſecundas nuptias. Si enim difficile eſt fervori naturæ reſiſtere, præſertim viduis junioribus. 1. *Corinth.* 7. quæ ratio quæſo, cur pœna ſtatuuntur in eos eaſve, quæ honeſte ſequuntur ſtimulum naturæ? An vero mater ſola debeat ſuccedere ab inteſt. an cum fratribus aut ſororibus defuncti, *lat. ad Nov.* 118. An etiam §. 1. *d. c.* 3. corrigatur aut temperetur in §. 2. *c.* 46. *Nov.* 22. lat. ad *d.* §. 2.

CAP. IV.

RAtio, cur in *d. c.* 4. ipſa mulier res immobiles accipiat, quando donatio ant. nupt. in illis conſiſtebat, cautionem vero accipiat à filiis de uſur. trientib. ſi donatio antenupt. conſiſtat in rebus mobilibus, aut etiam hoc poſteriori caſu electionem habeat, quando ſecundus maritus idoneam habet ſubſtant. ſolida dari non poteſt; quum ipſa donatio plenum debeat ſortiri effectum, ut *notat. ad pr. Nov.* 2. ſed conceſſo jure civili *d. c.* 4. haud improbabilis ejus ratio occurrit in *d. c.* 4.

CAP. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Cap. V.

Ratio, cur in *d. c. 5.* mulier vel nihil lucretur ex pacto, vel lucretur quatenus ipſa dotem dedit, probabiliter colligitur ex facto mulieris. Dum enim mulier ipſa non ſervat ſuum pactum quoad dotem promiſſam, videtur maritus defunctus idem pactus circa donat. antenupt. niſi per maritum ſteterit, quo minus dos promiſſa ipſi ſit tradita, quo de caſu *lat. ad Nov. 9.* Variant tamen Mores, ut vidづre apud *Groen. ad auth ſed quæ &c. C. de pact. convent.* ſed junct. *noſtr. not. ad eand.*

Vt determinat. ſit numer. &c.

Titulus III.

NOVEL. CONSTIT. III.

PRÆFATIO.

Recte ad *dict. præfat.* ſcripſit *Accurſ.* ipſam *novell.* eſſe localem, ſive propriam populi Romani circa clericos. Ne tamen plane inutilis ſit, cum hoc de nulla fere lege Romana dici poſſit, ſummas quaſdam & regulas ſeligemus. Summa ex dicto *proœm.* hæc eſto: numerus clericorum ſeu Epiſcoporum debet eſſe ſtatutus ſecundum vires eccleſiæ. Concord. *c. cum in mult. de reſcript. in. 6. & c. quon. de vit. & honeſt. cleric.* An Juſtinian. juſte potuerit diſponere circa ſacra vel Eccleſiaſtica, dixi ad *Lib. 1. Cod. & paſſ. ad Libr. jur. canon.* ubi etiam de diſtinct. inter Clericos & Laicos, & an Eccleſia propria bona habere & adminiſtrare poſſit. Diaconorum alii maſculi, alii fœminæ. *d. præfat.* Eccleſia mater, Principes ejus filii. *d. præfat.* Ultra ſubſtantiam non ſunt faciendæ expenſæ. *d. præfat.*

Cap. I.

Non eſt boni Principis jus vel bona Eccleſiæ minuere. *d. c. 1.* Bona antiquor. hęretic. recte flectuntur in uſum veræ Eccleſiæ. *d. c. 1.* An tamen Princeps cogatur hoc facere, ita ut non poſſet flectere in uſus, profanos etiam neceſſarios, dixi *alib. ſæp.* Et an hæc Eccleſia Romana ſit vera & Chriſtiana, dixi *itid ſæp.* tum ad *d. Lib. 1. Cod.* tum ad *Libr. jur. canon.*

Cap. II.

Clerici non debent captare lucrum aut negotiationes. *d. c. 2.* An & quomodo apud Reformatos liceat ab una Eccleſia tranſire in aliam, dixi *ſæp. ad jus canon.* An & quando liceat Eccleſiæ ſive Senatui Eccleſiaſtico contradicere juſſioni, quæ venit à palatio, de quo etiam. *d. c. 2.* dixi *alib. ſæp.* Item quæ facta Eccleſiæ indicanda ſint Imperio vel Imperatori, quo de caſu *itid. d. c. 2.* dixi quoque *alib. ſæp.*

Cap. III.

Illud quod ſupereſt ex reditibus Eccleſiaſticis, pauperibus & ſimilibus diſtribuendum eſt. An autem diſtributio inprimis permittenda ſit Diaconis aut aliis perſonis Eccleſiaſticis, an viris ſecularibus, nullus inquiro; quum hæc queſtio in Eccleſ. Reformat. deciſa ſit. Sane bona, quæ veræ Eccleſiæ relicta ſunt, tantum à veris Eccleſiæ miniſtris adminiſtranda videntur. Cœterum bona, quæ impie pro refrigerio animæ, vel ad falſam religionem propagandam data ſunt, etiamſi pauperibus relicta eſſent, cadunt in confiſcationem, & ideo Fiſcus vel Princeps per eam liber dominus factus libere de dictis bonis diſponit, ſed pie tamen & magis pie in uſus pios impenduntur, quum in profanos aut bellicos &c. ut *alib. lat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De fidejuſſ. & mandat. &c.

TITULUS IV.
NOVEL. CONSTIT. IV.

PRÆFATIO.

SUmma Bartoli hæc eſt: reo abſente, primo fidejuſſor conveniendus eſt, ſed dilatione data ad reum repræſentandum, nulla lege antiqua obſtante. Quænam illa lex antiqua fuerit, & an extiterit, nullus inquiro. Videſis tamen *Accurſ. Cont. Alioſque ad d. præfat.*

CAP. I.

RAtio, cur in *d. c.* 1. creditores primo teneantur (ſcilicet quando beneficio ordin. excuſſ. non eſt renuntiatum) convenire reum principalem, quando uterque præſens eſt, ſcilicet & debitor & fidejuſſor, adjecta eſt *ibid.* ſed proprior à nobis adſignata eſt ad *auth. præſente. C. de fide juſſ.* ubi & ratio adjecta eſt, cur fidejuſſor poſſit conveniri, quando debitor principalis abſens eſt, ſed ſub illo ſolatio, ut fidejuſſor poſſit reum ad certum tempus requirere. Quando autem debitor dicatur abſens, videre licet in *diſp. noſtr. ad d. auth.*

CAP. II.

RAtio, cur in *d. c.* 2. poſſeſſor pignoris non poſſit conveniri ante fidejuſſorem, hæc forſan dari poteſt; quia ei imputari non poteſt, cur non inquiſiverit in oppignorationem creditori factam. Sed cum Moribus inquirere liceat, mirum non eſt, cur *Groen.* indicaverit, *d. c.* 2. hodie abrogatum eſſe. Vide *not. noſtr. ad auth. ſed hodie C. de obl. & act. & ad auth. hoc ſi debit. C. de pign. & hypoth.*

CAP. III.

RAtionem Clementiæ ſuæ, quam Imp. adhibuit in *conſtit. d. c.* 3. adjecit non uno in verſiculo. Potior tamen (ni fallor) à nobis data eſt in *not. & diſp. ad auth. hoc niſi. C. de ſolut.* Scilicet vel ſola ratio commiſerationis hoc ſuadet, ut debitor poſſit ſolvere rem æſtimatam, quando à nemine poteſt mutuari, vel aliter accipere pecuniam, quam debet. Reliqua de cautione pro evictione per ſe obvia ſunt, aut latius petenda ex *noſtr. ad tit. de evict.* Ratio, cur in §. 1. argentarii primo loco poſſint conveniri, haud obſcure adjecta eſt in *ipſo* §. ſed uſus ejus nullus, ut *lat. notat. ad tit. de edend.*

DE MONACHIS.

TITULUS V.
NOVEL. CONSTIT. V.

PRÆFATIO.

DE monachorum uſu & abuſu, deque monaſteriis in Belgio confœderato ſublatis dixi ad *Lib.* 1. *Cod. & ad Libr. jur. Can. paſſ.* Summa tamen hæc eſto ex *d. præfat.* monachus ſacrar. ſcriptur. peritus eſſe debet, ut & in *Nov.* 6. *c.* 4. Quærit *Accurſ.* ad ea verba præfat. *& nos &c.* ſed quid ad principem de ſpiritualibus tractare? nos ſupra reſponſum ſignificavim. ad *præfat. tit.* 3. *ſeu tert. nov.*

CAP. I.

AN & quatenus hodie apud Reformatos crux, de qua *d. c.* 1. adoranda vel honoranda videatur, dixi ad *tit. C. nemin. lic. ſign.* cujus auctoritate & licentia hodie templa ædificentur apud Reformatos, & notum eſt, & dictum eſt à nobis tum ad *d. Lib.* 1. *Cod.* tum ad *Lib. jur. Can.*

CAP. II.

CAP. II.

VItæ mutatio non eſt facilis, ſed cum labore animæ *pr. d. c. 2. in fin.* An per monachiſmum fiat capitis deminutio, nullus inquiro, ut nec in cœtera, *d. pr.* Humana natura quodammodo labitur ad delicta. §. 1. Reliqua de ſervis & monaſteriis nihil ad Belgas confœd. pertinent. An Zoſimus vere fuerit annor. 120. nullus diſputo. An antiquum quoque ſit, pallio ſanctitatem mentiri, vide apud *Salvian. 4. ad Eccleſ. & apud Gothof. ad d. §. 1.* Sed quid hæc ad ſtudioſum juris?

CAP. III.

SUmma ex *d. c. 3.* hæc eſto: ſeniorum honeſta converſatio eſt junioribus commendatio & utilis. An & quatenus amicus pro amico poſſit dicere teſtimonium, de qua quæſt. nonnulli DD. ad *d. c. 3.* dixi ad *tit. D. & C. de teſtib.*

CAP. IV.

AN *arg. d. c. 4.* etiam ille, qui hodie ex gerontocomio vel ſimili domo religioſa diſcedit, amittat bona, quæ in iſtam domum intulerat, diſquiri poteſt. Sane ſi animo donandi intulerit, facile quæſtio decidi poteſt. Et ſic intellige mores receptos.

CAP. V.

AN *art. d. c. 5.* idem ſit in illo, qui hodie aliam domum hoſpitalem vel religioſam ingreſſus ſit, ſignificavi ad *c. 4. anteced.* & lat. ad *Nov. 123. c. 6.* ubi dicitur hujus *cap. 5.* exceptio eſſe, quia loquitur de Eccleſia ſeculari vel ſacerdotib. ſecularib. Adde tamen *not. noſtr. ad auth ingreſſ. C. de SS. Eccleſ.* Illam quartam, de qua etiam *d. c. 5.* jure novo mutatam eſſe in trient. vel ſemiſſ. dixi in *præced. ſæp. & lat. ad Nov. 18. c. 1.* An & quando quis uxorem dimittere poſſit, dixi ad *tit. D. & C. de divort. & repud.*

CAP. VI. & VII.

QUi ſacrum miniſterium deſpexit, ille pœna dignus videtur. *d. c. 6.* ſed *Nov. Leon. c. 9* eum in priorem ſtatum revocat.

Nequaquam ſuſcipiendus eſt, qui ex uno collegio conatur trāſire in aliud, pręſertim ſi aliunde alia requirat *d. c. 7.* Quinam ſint archimandritę, rectius dixit *Goth.* quam *Accurſ.*

CAP. VIII. & IX.

QUæ ratio, cur in *d. c. 8.* Epiſcopi vel miniſtri Eccleſiæ non poſſint ducere uxores? Reſp. Imp. propter ſacras regulas. Sed quæ illæ? hæc inquam doctrina diabolica videtur & propria antichriſtianorum, ut centies probavi in *not. ad jus canon.* Si Imp. loqueretur de illis, qui forſan donum continentiæ habent, tolerari poſſet, ut *lat. Ameſ. lib. 5. de conſcient. c. 35. & nos in not. ad jus can.* quibus ſine læſione conſcientię contradicere nemo poteſt. Minime ſolum tempus ſpectandum eſt, quando agitur de eligendo optimo, ſed is, in quem ætas & virtus ſimul concurrunt, cœteris præferendus eſt. *d. c. 9.* Legibus familiare eſt, ut ſcripſit *Gothof. ad epilog. d. Nov. 5.* pœnas cœleſtes religioſis perſonis proponere.

Quomodo oport. Epiſcop. &c.

TITULUS VI.

NOVEL. CONSTIT. VI.

PRÆFATIO.

SUmma ex *d. præfat.* hæc eſto: Imperatores debent maximam habere ſolicitudinem circa vere Dei dogmata & circa ſacerdot. honeſtat. An *Luc. 22.* per duos gladios Euangeliſta intelligat ſacerdotium & imperium, de quib. in *pr. d. præfat.* Theologis diſcutiendum relinquo. An & quatenus Papa, vel potius Eccleſia poſſit ſe immiſcere temporalibus, vel Imperator ſpiritualibus, ſignificavi *ſup. ſæp.* De donat. Conſtantini, de quo *DD. ad d. præfat.* dixi ad *ad l. 2. D. de his qui ſunt ſui &c. & alib. lat.*

CAP. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. I.

SUmma *pr. d. c.* 1. hæc eſt: Princeps poteſt Epiſcopis vel aliis Eccleſiaſticis leges præſcribere, modo fiat juxta Apoſtol. & ſacras regulas. Varie tamen varii *DD.* dictam doctrinam limitant. Conditiones 14. in Epiſcopo requiſitas videre licet apud *Accurſ. ad d. pr.* Cujus fortunæ debeat eſſe Epiſcopus, de quo agitur in § 1. dixi ad *l.* 53. *C. de Epiſcop. & Cleric. & ad diſtinct.* 51. *&* 53. *& lat. ad Nov.* 31. *& Nov.* 123 *&* 137. Nemo repente debet fieri Epiſcopus vel paſtor. §. 2. Rectius forſan *arg.* §. 3. *&* 4. cœlebs, qui dono continentiæ præditus eſt, ut Paulus fuit, promovetur ad Epiſcopat. ſed conjugatum plane excludere diabolicum eſt 1. *Timoth.* 3. *&* 4. Adde *Bez. de polyg. pag.* 237. *& ſeqq.* Sacerdotium non eſt ambiendum pecunia, & ſacerdos non debet diſtrahi multis cogitationibus humanis. §. 5. Epiſcopus non debet eſſe ineruditus. §. 6. Doctrinam in §. 7. de uxore relinquenda propter Epiſcopatum, diabolicam eſſe, probavi *ſupra ſæp.* Cœtera *d.* §. inutilia ſunt. Sacræ regulæ futuro Epiſcopo prælegendæ ſunt. §. 8. quod & in noſtr. Eccleſ. ſervatur. Vide *Confirmat. miniſtror. verb. Divin.* Ordinatus & ordinator per pecuniam puniendus. §. 9. ſed pœna dupli in uſu non eſt, ſed tamen arbitraria, ut in *præmiſſ. notav. ſæp.* Ordinatio vero Epiſcopi coram toto Populo vel tota Eccleſia, de qua etiam *d.* § 9. in uſu eſt. Vide dict. formul. confirmat. Ordinatio autem tunc demum valet, quando vel nullus contradictor exſtitit, vel repulſus eſt *Bart. ad* §. 10. cui adde *dict. formul. confirmat.*

CAP. II.

EPiſcopus ultra ann. non debet degere extra Eccleſiam, niſi juſſio Imp. permittat. *d. c.* 2. Gregorius indulget tantum duos menſes. *cauſ.* 7. *q.* 1. *c. præſent.* Hodie in Belgio confœderato ſolent noſtri Epiſcopi vel Paſtores abeſſe ex *conſtit. ordini. Eccleſiaſt. vel Claſſ. vel Præſid.*

CAP. III.

EPiſcopi non debent accedere ad comitat. Princip. abſque literis ſyſtaticis, id eſt, commendatitiis. *d. c.* 3. Apocriſarii ſunt Reſponſarii, ne quid ſomniet *Accurſ. ad d. c.* 2. Aliter tamem epiſtolas canonic. *συςατικὰς* & *εἰρηνικὰς* explicat *Gothof. ad d. c.* 3.

SECUNDA PARS.

CAP. IV. & V.

CLericus vel Presbyter aut Diaconus eodem fere modo ordinatur, quo ipſe Epiſcopus. *d. c.* 4 *&* 5. Noſtram ordinat. videre licet **in't formulier der Ouderlingen en Diakenen** &c. ubi etiam refertur, quales viri debeant eſſe presbyteri & diaconi, ſed non prohibentur habere uxores, nec prohiberi debent, ut *notat. ſup. aliquot.* Caſtiores tamen præferendos eſſe minus caſtis, probari poteſt *arg. d. c.* 5.

CAP. VI. & VII.

CEnſuram in *d. c.* 6. ſtrinxiſſe videri poſſumus in *not. ad l.* 9. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Proprie ergo apud Reformatos non dantur Diaconiſſæ, de quib. *d. c.* 6. An ergo pro *quinquaginta* legendum ſit *ſexaginta*, vix inquirendum videtur. An etiam aſceteria diſtinguantur à monaſteriis, an mors in *d. c.* denotet mortem animæ, an corporis, & ſimilibus quæſtionibus lubens ſuperſedeo.

Summa *Bart. ad d. c.* 7. hæc eſt: clericus ordinem ſuſceptum relinquere non debet. Hodie officio Presbyteror. & Diaconor. ambulatorium eſſe apud Reformatos, quis ignorat? Vide *not. noſtr. ad l.* 52. *generalit. C. de Epiſcop. & Cleric.*

TERTIA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

TERTIA PARS.

CAP. VIII.

ANgeli ſumma ad *d. c.* 8. hæc eſt: Eccleſiaſt. omn. antiquus numerus ſervari debet, & ultra numerum conſtitutum permanere non debent, & in eorum locum alii creandi non ſunt, donec ad antiquam perveniatur menſuram. Alii hanc ſummam excerpſerunt: impenſæ, quæ fiunt ex conſuetudine, non ſunt improbabiles. Alii hanc ex *epilog.* delicta Clericor. ſunt popularia vel ad populi Imperatorem pertinent. An ex *d. c.* 8. probari poſſit, quod olim Clerici non habuerint certa latifundia, aut certos reditus, nihil animadverto. An noſtri Clerici ſive Miniſtri Eccleſiæ debeant habere antiquorum Clericor. bona, vel an poſſint habere propria bona, & Eccleſiæ bona adminoſtrare, ſignificavi in *præced.* præſertim in *not. ad jus Canon.* Antiquam Clericorum originem retulit *Groenw. ad l. generalit.* 52. *C. de Epiſcop. & Cleric.*

COLLATIO II.

De non alienand. aut permut. &c.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. VII.

PRÆFATIO.

GEneralis *Bart.* ſumma ex *d. Nov.* 7. hæc eſt: res immobiles Eccleſiæ urb. Conſtantinopol. & Eccleſiar. ſuæ diæceſ. alienari generaliter prohibentur, omni fraude & circumventione remota. Munus Legiſlatoris eſt in *pr. d. præfat.* Effectus novellar. conſtit. *ibid.* Annonæ civiles adnumerandæ ſunt rebus immobilibus. *d. præfat. in med. pr.* Sane res vere Eccleſiæ relictæ non temere debent alienari, niſi cum commodo ipſius Eccleſiæ, quod nec ipſi teſtatores aut donatores prohibent. Sed illa bona Eccleſiaſtica aut ſimilia, de quib. *d. præf.* & ipſa *d. Nov.* loquuntur, hodie alienari, atque etiam in alios utiles uſus flecti poſſe, probavi in *anteced. ſæp.* Qua ſolemnitate tamen bona Eccleſ. vel neſocomior. aut alior. pior. locor. ſoleant vendi, dixi ad *l.* 14. *C. de SS. Eccleſ.*

CAP. I.

SI *d. c.* 1. accipiatur de Eccleſiis vere orthodoxis, orphanotroph. aut Xenodoch. non conſpurcatis, nihil iniqui continere videtur, quum voluntatem teſtator. vel donatorum conſervet. Sed cur ſecus in rebus mobilibus? Scilicet ſemper inſpicienda eſt veriſimilis voluntas donantium, quæ ſæpe etiam ex ſuperveniente utilitate æſtimanda eſt. Solennitas alienandi, ut & ratio alienationem permittens ſignificata eſt ad *d. præf.*

CAP. II.

INter homines nihil ſtabile aut immutabile. *pr. d. c.* 2. nec obſtat definitio juſtitię in *pr. Inſt. de juſtit. & jur.* quia juſtitia ibi definitur quatenus in ſe eſt, & eſſe debet, non vero quatenus ita reperitur inter homines aut reperiri poteſt. Definitur in abſtracto, ut alii loquuntur, non vero in concreto, definitur ratione ſuæ eſſentiæ, non vero exiſtentiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ratio, cur in §. 1. Princeps interdum ob utilit. public. poſſit ipſam rem immobilem Eccleſiæ competentem alienare, addita eſt *ibidem varia*, ſed proprior videtur deſumenda ex ipſa veriſimili voluntate primi donantis, qui Principi alienationem permiſiſſe præſumitur, quoties ſalus Reipub. exigeret ad ipſam ſalutem Eccleſiæ, ut *alib. lat.* Quod ergo in *d.* §. 1. conceditur Principi, poteſt non ſolum extendi ad fiſcum. *Everh. loc. ab Eccleſ. ad fiſc. 65.* ſed etiam ad ipſos noſtros excomm. ſeu adminiſtrat. bonor. Eccleſiaſt. monoſtar. orphanot. ptochotroph. ut *lat. ad d. l. 14. C. de ſacroſ. Eccleſiaſt. & auth. ſed & permut. C. eod.* De donat. Conſtant. & an donatio Princip. requirat inſinuat. *ſupr. ſæp.*

CAP. III.

CUm non fiat alienatio perpetua, quando prædium Eccleſiaſticum datur in emphyteuſin ad duos ſucceſſores tantum, mirum non eſt, quod in *pr. d. c. 3.* talis conſtitutio emphyteuſ. ſit permiſſa. Quatenus hoc corrigatur aut temperetur per *Nov. 120. c. 1. & 6.* lat. *ibid.* vel quatenus hic ſit temperamentum *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* vide ad *d. l. ult.* Sane ſi emphyteuſ. perpetua, vel alia alienatio perpetua fiat cum manifeſta utilitate Eccleſiæ, Xenod. Brephotroph. &c. nullus video, cur tantopore ſcrupuloſi hic & in §. 1. fuerint Imperatores. Moribus quid ſervetur, notavi *ſupra aliquot.* Adde etiam *not. ad auth. perpetua. C. de SS. Eccleſ.* quæ ex *d.* §. 1. deſcripta eſt. An & quatenus illud biennium, de quo §. 2. hodie ſervetur, dixi ad *auth. qui rem C. de SS. Eccleſ.* quæ ex *d.* §. 2. deſumpta eſt, & ad *l. 2. C. de jur. emphyt. & ad* §. 3. *Inſt. de locat.* Ne ergo acta agere videamur, aut prolixos velle commentarios ad pompam, mittimus Lector. ad *dd. text.* Reliqua *d.* §. 2. *&* 3. aut jam excuſſa ſunt in *præced.* aut inutilia ſunt.

CAP. IV. & V.

RAtio propria, cur in *d. c. 4.* rei immobilis Eccleſiaſticæ uſusfructus poſſit dari, ſi alia res ejuſdem reditus redonetur, data eſt ad *d. c. 2. & ad* §. 5. *l. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ratio vero, cur in *pr. d. c. 5.* emptor amittat pretium, nulla dari poteſt, cum violetur juſtitia diſtributiva, præſertim moribus noſtris, ut *lat. ad* §. 1. *d. l. 14.* Ergo & §. 1. cenſura dignus eſt, ubi donatarius & rem reſtituere cogitur, & rem donatæ ſimilem ſeu æqualem, licet *Alii DD.* tantum fructus rei donatæ intelligant. De permutatione, de qua §. 2. dixi ad §. 1. *c. 2.* Pœnam œconomorum, de qua etiam *d.* §. 2. indicavi ad §. 2. *&* 3. *d. l. 14. C. de SS. Eccleſ.*

CAP. VI.

CReditor accepit corporale *σωματικὸν ἐνέχυρον* ſpeciale pignus ab Eccleſia, ergo amittit creditum *d. c. 6. pr.* ſed qua ratione poteſt Eccleſia, quæ bono exemplo præire debet, locupletari cum alterius jactura? Tantumne crimen credere Eccleſiæ? Et ſane ſi generalem hypothecam creditor poteſt accipere §. 1. *d. c. 6.* cur non etiam ſpecialem? Vide *cenſur. noſtr. in d. c. 4. & 5.*

CAP. VII. & VIII.

MAnifeſte etiam & in *pr. d. c. 7. & in* §. 1. violatur juſtitia diſtributiva, id eſt, nulla ſervatur proportio inter delictum & pœnam, etiamſi ipſa conſtitutio emphyt. eſſet illicita, multo magis Moribus, quibus dicta conſtitutio licita eſt, modo facta ſit ſolemnitate requiſita, ut *ſupra lat.* Si in *d. c. 8.* ſacra vaſa vel aliæ res ſacræ poſſint alienari propter captivos redimendos, quidni & propter cauſam ſimilem vel utilitatem publicam?

CAP. IX. & X.

NE quidem pragmatica conſtitutio, ſive reſcriptum Princip. conſilio Procerum munitum recipiendum eſt,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

quod eſt contra ſacram conſtitutionem Eccleſiæ. *arg. d. c.* 9. de quo *nos lat. ad tit. C. ſi cont. jus vel utilit. public.* Cœterum ipſum *d. c.* 9. hodie non ſervari, ſaltem quoad bona, quæ falſæ & antichriſtianæ Eccleſiæ donata ſunt, notavi *ſup. aliquot.* Ergo nec ille, qui Impetrat reſcript. nec ille, qui alienat, incidit in crimen ſacrilegii, de quo *d. c.* 10. Bona, quæ relicta ſunt ptochotroph. gerontocom. & ſimilibus pauperibus aut miſerabilibus perſonis, hodie quidem ob majorem utilitatem alienantur, ſed raro flectuntur in alios uſus profanos, nec forſan poſſunt, licet victor de bonis victi diſponere queat, quomodo vult & jubet, & licet dicta bona data ſint cum crimine læſæ majeſt. Divinæ, ut *alib. lat.* Saltem rectius, aut ſaltem pie reſervantur in uſum ſimiliam pauperum &c.

CAP. XI. & XII.

APud Reformatos monaſteria contra *d. c.* 11. recte redacta eſſe in privatas manſiones ſeu domos, ne amplius in illis exerceantur idololatrica miniſteria, notavi *ſupra aliquot.* Nequaquam igitur nobis metuendæ iſtæ pœnæ caſus aut amiſſ. quas Juſtin. in *d. c.* 3. conſtituit. An monaſteria per ſe ſint licita, an & qualia olim fuerint, ſignificavi ad *Nov.* 5. *ſup.* Ut damnoſa (ſcilicet incogitanti ſæpe excidit veritas) alienatio eſt prohibita, ſic & damnoſa adquiſitio. *d. c.* 12. ſed vix video, quomodo ager ſterilis ſit res damnoſa. *l.* 13. *pr. D. de reb. eor. qui ſub. tut. &c.* Hodie quoque Oeconomi vel Adminiſtrat. qui res Xenodoch. vel alior. locor. pior. gubernant, puniendi quidem, ſi dolo vel lata culpa damnum dedirint, ſed vix tali modo, qualis deſcribitur in *d. c.* 12. Summa ex epilogo hæc eſto: non videntur calumniari, qui non admittunt, quod vetitum eſt: Quinam ſint viri ſpectabiles, de quib. etiam dict. epilog. dixi ad *Lib.* 12. *tit.* 1. *& ſeqq.*

Vt judices ſine quoquo &c.

TITULUS II.

NOVEL. CONSTIT. VIII.

PRÆFATIO.

SUmma *ad d. præfat. & tot. Novell.* hæc eſt: dignitates & adminiſtrationes gratis conferri debent, nihilo ſuffragiorum nomine dato, alias omnia mala ſequuntur, cum à radice procedat avaritiæ, quæ mater eſt omn. malor. antiquo jure penitus ſublato. Poſſunt tamen & aliæ ſummæ erui ex *d. præfat.* quas vide apud *Gothof Accurſ. Alioſque ad d. præf.* cum ad inſtitutum noſtrum nihil pertineant.

CAP. I.

RAtiones, cur in *d. c.* 1. magiſtratus creandi ſint ſine ſuffragio pecunię vel alia donatione, variæ expreſſæ ſunt in *d. præfat* de quib. lat. Plato Aliique Politici, & nos ad *tit. Cod. d. ſuffrag.* cujus lex unica per *d. c.* 1. *& ſeqq.* multum corrigitur, ut patet ex *ſeqq. & anteced. ad d. l. un.*

Ratio, cur in *fin. d. c.* 1. pro chartis aliquod chartialicon ſeu aliquæ mercedes aut expenſæ ſolvantur, cuilibet obvia eſt, qui novit tabellionibus pro opera ſcripturæ deberi pretia aut honoraria.

CAP. II. & III.

PRopter duplex periculum duplex ſalarium ſolvendum eſt pro una provincia conjuncta, quæ olim fuit duplex. *arg. d. c.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Capita in *d.c.*ſunt pabula jumentor. vulgo **voeragie**/ de quib. in *Cod. ad tit. de annon. & capitat.* An & quando præſtet, ut vicarius tollatur, & duę provinciæ conjungantur, ſubque uno ſint comite aut præſide, de quo caſu in *d. c.* 3. vix aliquid certi definiri poteſt, ſed relinquitur arbitrio & diſpenſationi Imp. aut Reipub. *ſuper.*

Cap. IV. & V.

Regulariter nulli judici licet per Provinc. mittere loci ſervatores. *Bart. ad d. c.* 4. Ergo hic videtur abrogari *tit. C. de offic. ejus qui vican. alic.* ubi vide *not. noſtr.* An officia quandoque miſcenda & conjungenda ſint, & qualia hoc caſu præſtanda ſalaria, de quib. *d. c.* 5. dixi ad *d. c.* 2. & 3. *huj. Nov.* 8.

Cap. VI. & VII.

Quid juris hodie habeant Pręſides Provinciar. de quib. *d. c.* 6. vel in cives, vel in milites in cauſis civilib. aut criminalib. dixi ad *tit. de offic. præſid. & ad tit. D. & C de judic.* Præſides vel alii Officiales debent jurare, quod nullam pecuniam ſuffragii nomine dederint. *d. c.* 7. quod & Morib. multar. Gent. ſervatur, ſed pœna quadrupli mutata eſt in arbitrariam, ut *alib. ſæp.* Mallem tamen promiſſorem, qui pro ſuffragio aliquid promiſit, condemnari duntaxat in ipſam promiſſionem, & præterea fiſco in pœn. pecuniar. ut notavi ad *d. l. un. C. de ſuffrag.*

Cap. VIII.

Ratio, cur in *d. c.* 8. Præſides Provinc. vel civitat. diligenter debeant incumbere exactioni tributorum, hæc præcipua eſt, quia in illis conſiſtit ſalus Reipub. & in illis juſſus Chriſti eſt, date Cæſari, quod Cæſaris eſt. *Matth.* 22. *Luc.* 20. Debent & juſtitiam ſervare & in publicis & in privatis cauſis, & devotos vel obedientes paterne tractare, indevotos vero punire. *d. c.* 8. Ipſi etiam Præſides vel alii Adminiſtratores ob aurum datum vel accept. pro offic. vel ob aliud delictum hodie quoque puniendi quidem ſunt, ſed vix tam gravi pœna, quam ſtatuit §. 1. *d. c.* 8. Sed quid Epiſcopo cum hoc negotio ſeculari?

Cap. IX.

Illud tempus 50. dierum, de quo *d. c.* 9. hodie, quidem in uſu non eſt, nec neceſſarium videtur, cum Moribus liceat Magiſtratus etiam majores convenire, durante etiam officio, ſed tamen aliquod tempus injungendum videtur, ut *nos lat. ad tit. C. ut omn. judic. tam civil. &c.* Sed cur & hic Epiſcopus contra præcept. Pauli. 2. *Timoth.* 2. vocatur ad negotia civilia?

Cap. X. & XI.

Subditi ſuis Magiſtratibus potius favorem quàm injuriam inferre debent, ſed & judices omnibus debent adminiſtrare juſtitiam, nec ſuperiores debent inferioribus adferre oppreſſionem. *arg. d. c.* 10. An pœnæ amariſſimæ in *pr. d. c.* 10. denotent mortem aut aliam pœnam ſimilem, nullus inquiro; quum pœnæ Romanorum Belgis ſint arbitrariæ, ut *notat. ſæp.* Judices quodammodo patres ſunt ſubditorum. §. 1. cui adde *Senec.* 1. *de clem. c.* 7. Militares expenſæ vix moram patiuntur. §. 2. & pecunia nervus belli. *d.* §. 2. Reliqua aut inutilia ſunt, aut excuſſa in *præced.*

Ratio, cur in *d. c.* 11. Deo gratiæ agendæ videantur pro hac nov. conſtit. intermixta eſt *ibid.* Boni Imperatoris eſt, non imitari ſcelera anteceſſorum. *d. c.* 11. cur vero dignitates non debeant eſſe mercales aut venales, dixi *ſup. aliquot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. XII.

QUanta fuerit Præſid. Provinc. juriſdictio, apparet ex. *d. c.* 12. ubi Præſidi nulla fori præſcriptio ſeu exceptio objici poteſt. Cœterum hodie non dari tales præſides, aut ſaltem talem præſid. juriſdict. notavi tum ad *tit. D. de offic. præſid.* tum ad *tit. C. de juriſdict. omn. judic. & ad tit. C. in quib. cauſ. milit.* ubi de militib. qui regularit. non poſſunt conveniri, niſi coram Senatu militari, ut ibi lat. Adde *Groenw. ad d. c.* 12.

CAP. XIII. & XIV.

NUlli Magiſtro vel judice licet mittere latrunculatores aut ſimiles loci ſervatores ſeu vicarios in Provinciam ſibi demandatam. *d. c.* 13. Moribus tamen admitti **Vicerop. Stad-houd. of Verwalt.** ſignificavi ad *tit. Cod. de offic. Vicar. & ad tit. C. de offic. ej. qui vic.* Hodie non coram Epiſcopo (quid enim ille ad hoc civile) jusjurand. præſtatur, de quo *d. c.* 14. ſed coram commiſſario, qui ad hoc deputatus eſt, ut *ſupra ſignificat. ſæp.* Cautiones de fideli exactione tributorum, de quib. etiam *d. c.* 14. hodie præſtantur à conductorib. tribut. ſeu vectigal. Aliquando tamen etiam ipſi Quæſtores ſeu Adminiſtratores tenentur cavere pro exact. ſeu accept. ut *alib. lat.*

Edict. ſcript. in omni terra &c.

EPiſcopi munus eſt referre ad Principem, ſi quid Magiſtratus delinquat. *d. pr.* Quid juris in hoc caſu habeant noſtri Epiſcopi ſeu Senatus Eccleſiaſticus, dixi *ſæp. in not. ad jus Canon.*

CAP. I.

QUid defenſor civitatis, de quo in *pr. d. c.* 1. quidque Alii Magiſtratus, de quib. in §. *ſeqq.* debeant tantum dare pro electione ſeu inſcriptione, ſignificavi ad *c.* 1. *Nov.* 8. Dixi etiam ad *tit. C. de ſportul.* hodie non dari certas ſportulas judicibus, ſed pro ratione laboris, itin. &c. Extant quidem expreſſi tituli, quibus certa ſæpe ſalaria adjudicantur, ſed pro ratione temporum & perſonarum ſæpe mutantur & augentur. Legenda ergo non eſt dicta conſtitutio, auctore *Accurſ. ad eand.* niſi quis potentiam Juſtin. admirari velit, quod tot & tam nobiles provincias ſub ſuo imperio habuerit.

Iusjurand. quod præſtatur &c.

TITULUS III.

NOVEL. XIII.

HÆc formula jurandi non quidem per omnia apud Reformatos recepta eſt, ſed tamen maxima ex parte, ut conſtat ex *noſtr. ad d. c.* 6. & 7. & *ad tit. D. ad l. Jul. & ambit.* An tamen liceat jurare per ſanctos, quæſtio magis Theologica eſt. An judex poſſit judicare ex conſcientia contra acta & probata, ut nonnulli colligunt ex *d. tit.* 3. videre licet in *noſtr. ad auth. hodie jur. C. de judic. & ad l.* 6. §. 1. *D. de offic. præſid.*

Ut etiam Eccleſia Romana cent. &c.

TITULUS IV.

NOVEL. CONSTIT. IX.

PRÆFATIO.

RAtio, cur in *d. præf.* vel *Nov.* Eccleſiæ Romanæ gaudeant præſcript. cent. annor. hæc redditur in *d. præf.* ne iniquis hominibus impium remaneat præſidium. Scilicet invito aut incogitanti ſæpe excidit veritas aut juſtitia. Etenim non tantum reſpectu Eccleſiæ præſcriptio debet dici impium remedium, ſed revera in omni re prohibenda eſt præſcriptio cujuſcunque temporis, ut evidentiſſ. aliis rationib. probavi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de uſucap. & præſcript.* An ergo *d. Nov.* 9. rurſus correcta ſit per *Nov.* 111. *cap.* 1. & *Nov.* 131. *c.* 6. parum aut nihil animadverto. Vide etiam *not. noſtr. ad l.* 23. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*

DE REFERENDAR. PALAT.

TITULUS V.

NOVELLA CONSTIT. X.

PRÆFATIO.

REferendarii recitabant Principi ſupplicantium deſideria, & mandata Principis inſinuabant aliis judicibus. *Accurſ. & Gothof. ad d. Nov.* 10. Proprie ergo in Belgio, cui præcipue ſcribimus, nuſquam dantur. Galli videntur vocare *maiſtres de requeſts*. De referendar. proceſſ. videre licet *Merul. prax. civil. lib.* 4. *tit.* 85. *c.* 2. & *ſeqq.* & *tit.* 86. De relat. dixi ad *tit. D. & C. de appell. & relat.* Multitudo oneroſa nihil habet honeſti, & ideo *arg. d. Nov.* aliquando coarctanda eſt. Imperatoris non eſt conceſſa auferre, ſed ſæpe coarctare in poſter. *d. præfat.* Summa ex epilogo hæc eſto: pauci dignoſcunt vera bona, & boni rari ſunt. Natus tamen ex patribus bonis præſumitur bonus, quod ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri, & fortes creantur fortibus &c.

De privileg. Archiep. Iuſtin. &c.

TITULUS VI.

NOVEL. CONSTIT. XI.

PRÆFATIO.

MUltis & variis modis oportet ſuam patriam augere. *d. præf.* inprimis autem Imp. debet in ea conſtituere Epiſcopos. *d. præf.* ſeu *Nov.* 11. An ergo Magiſtratus poteſt jure Divino dare Epiſcopos? Dixi de hac quæſt. quæ magis tamen Theologica eſt, ſententiam *ſæp. in not. ad jus Canon. & alib.* Quod ſaltem ejus ſit curare, ut orthodoxi & boni dentur & etiam quibuſdam privilegiis honorentur, extra dubium ſtatui & probavi *lat. in dd. not.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De inceſt. & nefar. nupt.

TITULUS VII.

NOVEL. CONSTIT. XII.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

SUmma *Bart.* hæc eſt: maſculi & fœminæ illicitas contrahentes nuptias pœna hic ſtatuta ſunt puniendi, ſubſtantia tamen applicanda liberis vel fiſco. Cœterum ipſam *Novell.* loqui de illicitis ex ſingulari nota, recte *Mart.* animadvertit ex *ſeqq.* ut *nos lat. ad* §. 1. *&* 12. *Inſt. de nupt. & ad tit. C. de inceſt. & inut. nupt.* Quanquam autem pœnæ Romanæ plerumque juſto graviores ſint, tamen hoc in caſu videntur nimis leves. Sane ſi talis coitus factus eſt, à quo ipſa nobiliora animantia bruta abhorrent, ut loquitur Imp. in *c.* 1. puta ſi pater rem habuit cum propria filia, hodie uterque comburitur. Quando autem ultimum ſupplicium infligitur, tunc non debet ſequi confiſcatio bonorem, ut *lat. ad auth. bona damnat. C. de bon. proſcript. & ad l.* 6. *& auth. ſeq. C. de inceſt. & inut. nupt.* An & quatenus ergo *d. c.* 1. corrigatur per alias *Novell.* vide apud *Accurſ. ad d. c.* 1. de errore dixi ad *l.* 4. *C. de inceſt. & ad tit. de jur. & fact. ignorant.* In *cap.* 2. videntur tantum deſcendentes excludere fiſcum, non vero alii conſanguinei, niſi dicamus *d. c.* 2. ſupplendum eſſe ex *d. auth. bona damnat.* ſeu ex *Nov.* 134. *c. ult.* Sed ſi in caſu *dd. capit.* non præceſſerit pœna mortis, nullus video, cur pater non poſſit delinquendo perdere omnia ſua bona invitis filiis, ut *lat. ad* §. 2. *Inſt. de hered. qualit. & diff. & alib.*

CAP. III.

QUanquam nova lex regulariter obliget poſt duos menſes. *Nov.* 66. tamen Imp. hic ex ſpeciali ratione videtur conceſſiſſe biennium, cum matrimonium ſemel contractum difficulter reſcindatur. Revera tamen ſine ulla procraſtinatione inceſtæ nuptiæ videntur diſſolvendæ, ut in *l.* 4. *C de inceſt. nupt.* Quid juris ſit, ſi inceſt. matrim. non diſſolvatur intra duos annos, dixi ad *capp. præced.* Sed quid de filiis, qui vel in ipſo inceſtu nati ſunt, vel intra biennium? Sane ſi parentes fuerint in probabili ignorantia, nulla quarta vel alia pars bonorum fiſco adjudicari poteſt. Et hinc forſan eſt, quod DD. tradunt, *d. c.* 3. corrigi per *Nov.* 17. *c.* 12. vel per *Nov* 134. *c. fin.* Vide *not. noſtr. ad d. l.* 4. *&* 5. *&* 6. *& auth. ſeqq. C. de inceſt. nupt.*

CAP. IV.

AN & quatenus hodie in matrimonio cum concubina inito aut ineundo requiratur dotale inſtrumentum, vel etiam dotis datio, ſignificavi in *not. & diſp. ad* §. *ult. Inſt. de nupt.* An & quando liberi legitimi, ſeu ex juſto matrimonio nati poſſint impedire, quo minus pater concubinam ducat in uxorem, vel aliter liberos naturales faciat legitimos, dixi *ibid.* & *ad l.* 11. *& ſeqq. auth. C. de natur. liber.* ubi *tot. d. c.* 4. excuſſum videri poteſt.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

DE PRÆTORIB. POPULI.

TITULUS VIII.

NOVEL. CONSTIT. XIII.

PRÆFATIO.

CAP. I. *& ſeqq.*

TAles prætores, quæles in *d. præfat. & capitib. ſeqq.* deſcribuntur, apud Belgas vix reperiuntur, ut etiam dixi ad §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil. & ad tit. Dig. & Cod. de offic. prætor. & ad tit. D. de offic. præfect. vigil.* Summa tamen ex *d. præfat.* hæc eſto: Magiſtratibus idoneæ appellationes tribuendæ ſunt. Summa ex *cap.* 1. hæc eſto: prætor lex loquens, & viva vox jur. civil. ut *lat. ad l.* 8. *D. de juſtit. & jur.* Summa ex *cap.* 2. hæc eſto: major cura eſſe debet circa criminalia quam civilia. Summa ex *cap.* 3. hæc eſto: cauſæ capitales non ſunt committendæ, niſi idoneis & peritis judicibus. Summa ex *cap.* 4. hæc eſto: prætores inprimis debent arcere incendia plebeja.

COLLATIO III.

DE LENONIBUS.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. XIV.

PRÆFATIO.

QUa pœna hodie puniantur lenones, de quib. *d. præf.* vel *Nov.* 14. ſignificavi ad *tit. Cod. de ſpectac. & ſcen. & ad l.* 12. *C. de Epiſc. aud. & in diſp. ad l.* 27. §. 1. *D. de heredit. petit.* quibus adde *Belloviſar. prax. crim. lib.* 1. *c.* 9. *Tholoſ. lib.* 10. *c.* 2. An ergo in §. 1. per ſupplicia noviſſima intelligatur mors naturalis, an tantum civilis, parum animadverto, quum omnes pœnæ rectius ſtatuantur arbitraræ, licet non male Magiſtratus quandoque certam pœnam ad terrorem præſcribat, ſed ſalvo tamen arbitrio ſubintellecto vel adjecto, de quo *nos alib. lat.* Quando autem quis obligetur, ſaltem in foro conſcientię, ex ſua cautione vel promiſſione, dixi ad *tit. de aleat. & alib. ſæp.*

DE DEFENSORIBUS CIVIT.

TITULUS II.

NOVEL. CONSTIT. XV.

PRÆFATIO.

SUmma *Bart.* quę facit ad faciliorem intellectum *tot. Nov.* hæc eſt ad *d. præf.* defenſores civitat. debent eſſe vel eligi viri honeſti, fide digni, nobiliores civitat. præſtito per circulum (κατὰ κύκλον per ordinem) juramento ab electoribus, ſed ſervata

ſervata antiqua ſolennitate. Hæc conſtitutio coincidit cum conſtit. Carol. 5. de qua *lat. Groen. & nos ad tit. C. de defenſ. civitat.* ubi tota hæc *Nov.* 15. ſaltem quoad uſum excuſſa videri poteſt. Lubet tamen quaſdam regulas particulares eruere, primo ex *d. præfat.* hæc prima eſto: vana ſunt nomina dignitat. absque effectu, & evileſcunt dignitates, quando nominibus obſcuris conferuntur. Secunda eſt perſpicua in *fin. d. præfat.*

CAP. I. & II.

NEmo poteſt evitare aut reſpuere officium defenſ. civit. ſed nobiliores eligendi ſunt juxta tempora antiqua, quæ imitanda. *d. c.* 1. Quomoda illud jusjurandum intelligendum ſit, de quo §. 1. *d. c.* 1. dixi ad *auth. hodie jurant. C. de judic. & ad pr. Inſt. de offic. jud.* Quomodo & hodie Magiſtratus biennio vel anno apud quaſd. nation. duret aut terminetur, dixi ad *d. tit. C. de defenſ. civit. & ad l.* 2. *D. de in jus voc. & alib.* De vicario, de quo *d c.* 2. ubi non admittitur, dixi *ſupra ſæp.*

CAP. III. & IV.

HOdie illas inſinuat. teſtament. donation. & ſimilia monumenta, de quib. *d. c.* 3. fieri apud ordinar. Magiſtrat. vel judic. ſignificavi ad *d. præfat.* Hodie quoque dari pacificatores vel judic. min. rotul. qui in cauſ. pecuniar. de quib. §. 1. *d. c.* 3. & *c.* 4. tantum ad certam ſummam judicare poſſint, dixi *itid. ad d. tit. C. de defenſ. civit. & alib.* Quod nemo poſſit ſua plus petitione effugere ordinar. juriſdict. probatur vel ſolo *d. c.* 4.

CAP. V. & VI.

ISta appellatio à ſent. defenſ. ad præſid. *d. c.* 5. veſtigia apud Belgas haber, ut notavi ad *d. tit. C. de defenſ. civit.* ſcil. à pacificat. **vande vrede-maeckers aen de ordinaris Gerechte** &c. De ſalariis, de quib. *c.* 6. dixi ad *l.* 7. *C. de defenſ. civit. & ad tit. C. de ſportul.* Veſtigia quoque §. 1. *d. c.* 6. videmus in quibusd. *defenſorib. civit.* vulgo **Gouverneurs en Majeurs** / circa cauſas criminal. militum. Sed cur in *epil.* admittitur etiam Epiſcopus vel totus clerus ad defenſ. civit. eligendum? Scilicet non auſus fuit Juſtin. illos ſanctos excludere, ne illum excluderent ex ſancto ſanctorum. O ſervum pecus! Legiſtine, aut legere feciſtine 2. *Timoth.* 4?

DE MENSURA ORDIN. CLERIC.

TITULUS III.

NOVEL. CONSTIT. XVI.

OFficium Imp. eſt curare, ut ſit portabilis vel tolerabilis quantitas miniſtrorum in Eccleſiis adminiſtrandis. *d. Nov.* 16. & ut ex Eccleſia abundante ſumatur, qui ſuppleat defectum in deficiente. *d. Nov.* Reliqua excuſſa ſunt ad *Nov.* 3. & 6. *c.* 8. Expenſæ imputandæ ſunt Adminiſtratoribus pro ratione cauſæ, & ſic intellige *epilog.* ut *alib. lat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

DE MANDAT. PRINCIP.

TITULUS IV.

NOVEL. CONSTIT. XVII.

PRÆFAT. LATINA.

SUmma *Bart.* hæc eſt: Adminiſtrat. Reipub. mundas debent ſervare manus, & fiſcalia tributa vigilanter inſpicere, & exigere, pacem civitatibus dare, ſeditiones prohibere. Summa ſingularis ex *præfat.* hæc eſto: Imperatoris eſt reparare vetuſtatem deperditam aut deminutam, ſcilicet bonam & honeſtam, & tunc procedit illud *Ariſtot.* τιμιώτατον πρεσβύτατον honorabiliſſ. quod antiquiſſim. Quid autem proprie ſit mandatum Principis, dixi ad *tit. C. de mandat. Princip.*

CAP. I. & II.

COntii ſumma ad *d. c.* 1. hæc eſt: gratis creati gratuitas debent ſervare manus erga Deum, Imp. & leg. Moribus tamen hanc ſummam ſub hoc temperamento intelligendam eſſe, ſi ſcilicet ab initio ita convenerit, vel Adminiſtrator ex ærario publico luculentum accipiat ſalarium, alias pro ratione laboris ſportulas exigere licet, ut notavi *ſup. aliquot.* Quatenus etiam liceat accipere xenia vel eſculenta & potulenta, dixi ad *l. 6. D. de offic. proconſul.* Magiſtratuum quoque eſt cavere, ne ſeditiones excitentur, & ne pax turbetur. *d. c.* 2. de quo *lat. ad l.* 1. §. 12. *D. de offic. præf. urb. & ad l.* 13. *D. de offic. præſid. & alib.*

CAP. III. & IV.

RAtio, cur in *d. c.* 3. lites ſeu cauſæ breviores & viliores etiam ſine ſcripto dicantur dicendæ ſub levi modo ſportular. haud obſcura eſt in ſe, nec in *d. c.* 3. & ideo moribus *d. c.* 3. receptum eſt. Adde *not. noſtr. ad auth. niſi brev. C. de ſentent. ex peric.*

Summa *Baldi ad d. c.* 4. coincidit cum ipſo *c.* 4. & nihil aliud eſt, quam repetio *d. c.* 4. Retineamus ergo vulgarem, quæ brevis eſt: præſides civitat. cavere debent, ne executores vel alii miſſi à curia Principis aliquid exigant nomine formar. aq. portu. aut ſimil. Ratio à nobis data eſt *ſup.* & ſatis expreſſa in *ipſo d. c.* 4. Ad quos hodie pertineat cura victus & murorum, de qua §. 1. dixi ad *tit. D. de offic. præf. urb. & alib.*

CAP. V. & VI.

RAtio, cur in *pr. d. c.* 5. privilegiati non gaudeant privilegiis, ſi commiſerint graviora delicta, cuilibet obvia eſt, latiusque à nobis excuſſa ad *l. ita vulnerat. pr. D. ad l. Aquil.* Subditi non debent præeſſe voluntati præſidis. §. 1. *d. c* 5. *& l.* 6. §. 3. *& ſeqq. D. de offic. præſid.* Præſides debent ſibi adſciſcere conſiliarios probos & innocentes §. 2. Præſides devotis & morigeris paternum debent præſtare affectum, ſed indevotis & inobedientibus debent eſſe terrori maximo. §. 3.

Quoniam *cap.* 6. loquitur de eo, qui confugerat ad Eccleſiam, quique à præſide impetraverat λόγον ἀσυλίας, quem nos vocamus ſalvum conductum **ſalve-garde of vry geleyde**/ideo attigiſſe ſufficiat, cum uſum non habeat, *ut lat. ad tit. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Quinam hodie concedant ſalv. conduct. vel ſecuritat. corp. & bon. dixi *alib.*

CAP. VII. & VIII.

RAtio, cur in *pr. d. c.* 7. termini Eccleſiæ vel aſyla non ſint pro adulteris, homicidis &c. optima adjecta eſt *ibid.* ſed quæ

hodie in papatu minime attenditur. Hodie tributa, de quib. §. 1. in noſtris Eccleſiis non exigi, quis tam hoſpes aut peregrinus, qui hoc ignoret? Vide *not. noſtr. ad l. 6. pr. C. de his qui ad Eccleſ.* ubi & *d.* §. allegatus eſt. *Groen. hic.* Præſides debent exactores tributor. cogere, ut in ſuis apochis exprimant quantitatem zygocephalorum, id eſt jugat. & capitat. & ſimilium. *c. 8. pr.* Cœterum amputationem manus hodie arbitrariam cenſeo, licet regularis videatur in falſi ſcriptorib. & falſæ monetæ fabrificatorib. *Gothof. hic nos ad Nov. 42. & alib.* Moribus contra §. 1. *d. c. 8.* venditorem non teneri, ſi emptor prædii tributarii minus idoneus ſit, indicavit hic *Groen.* Ratio in promptu eſt; quia cauſa fiſci hodie odioſa potius eſt, quam favorabilis. Præterea fiſcus ſatis ſecurus eſt, quando ipſam rem perſequi poteſt, ut *nos lat. ad tit. C. ſine cenſ. vel reliq.*

Cap. IX. & X.

Summa ſeu doctrina ex *dd. capitib.* quæ per ſe vix uſum in Belgio recipiunt, hæc eſto: præſides vel alii judices debent eſſe contenti ſalario, quod ex fiſco ſtatutum eſt, & ideo propriis debent uti ſubjugalibus aut equis, & abſtinere angariis aut ſimilibus conpulſionibus. *d. c. 9.* Plura de angar. & parangar. ad *tit. C. de curſ. publ. angar.* &c. Quando hodie liceat dare loci ſervatores ſeu vicarios, de quib. *d. c.* 10. notavi *ſup. aliquot. ad Nov. 8. & alib.*

Cap. XI. & XII.

Summa *Bart. ad d. c.* 11. hæc eſt: præſes permittere non debet, ut occaſione religionis commoveatur provincia, & ſi contra laicum moveatur crimen canonicum, judex laicus de hoc cum Epiſcopo debet cognoſcere & decidere. Adde *not. noſtr. ad l. 4. C. de ſumm. Trinit.* Summa ad *d. c.* 12. hæc eſt apud *eund. Bart.* delinquentium bona non debent publicari, ſed relinqui generi ſeu genti delinquent. Si dicta ſumma vel ipſum *c.* 12. accipiatur de eo, qui pœnam graviorem corporis paſſus eſt, nihil injuſti continebit *d. c.* 12. quia rei natura non patitur, ut aliquis ſimul luat in pelle & in ære, ut *ſup.* notavi, & *lat. ad Nov. 134. c. ult.*

Cap. XIII. & XIV.

Ad quorum hodie pertineat, quomodo patrocinia præſtentur, de quib. *d c.* 13. dixi ad *tit. C. ne lic. potent. & ad l.* 1. §. 10. *D. de extraordin. cognit.* Quatenus *d. c.* 14. agit de agricolis ſeu cenſitis colonis, nullum uſum apud Belgas habet, ſed ſimilibus & ipſis colonis noſtris applicari poteſt, qui etiam ſæpe domino reſtituendi ſunt auctoritate judicis vel ſuperioris vel inferioris. Sæpe etiam utimur literis publicis, vulgo requiſitoriis, de quib. ad *tit. de re judic.*

Cap. XV. XVI. & XVII.

Recte Imp. in *d. c.* 15. qui ſe iiſdem implicat malis, ille etiam iiſdem aut ſimilibus pœnis ſe ſubdere debet. Sed hodie iſtæ affixiones prædiorum, de quibus *d. c.* 15. non ſunt tanti præjudicii, & ideo nec tanto ſupplicio puniuntur, ut *nos lat. ad tit. Cod. ut nem. privat. titul.* Quid præſides ſeu gubernatores, de quib. *c.* 16. hodie facere debeant, quando provincias ingrediuntur, ſignificavi ad *tit. de offic. præſid. & alib.* Quibus hodie liceat armis uti, de quib. *d. c.* 17. dixi ad *tit. C. ut armor. uſ. & ad tit. C. qui milit. non poſſ.* De ſeditioſis, de quib. etiam *d. c.* 17. dixi ad *tit. Cod. de ſeditioſ. & de his qui pleb.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De triente & ſemiſſe & ſucceſſ. fil.

TITULUS V.

NOVEL. CONSTIT. XVIII.

PRÆFATIO.

SUmma *d. præfat. & tot. Nov.* 18. breviter explicans hæc eſt: liberis à parentib. triens aut ſemis ſecund. liberor. numer. debetur quolibet titulo, & hoc in omnibus, quibus olim quarta debebatur, exceptis liberis curial. quib. nov. unc. debentur, ſed liberi cœteri non debent defraudari uſufructu debitæ portionis ſeu legitimæ. Adde *latior. ex Gothof. ad rubr. ſeu inſcript. d. Nov.* 18. Quo ſenſu in *d. præfat.* legitima dicatur debitum naturæ, & quatenus ſtatuto tolli aut minui poſſit, dixi ad *tit. D & C. de inoff. teſtam. & alib.*

CAP. I.

RAtio, cur in *d. c.* 1. Imp. motus fuerit, ut corrigeret leg. veter. & filiis pro legitima adſignaret tertiam vel ſemiſſem pro numero liberor. indicata eſt in *d. præfat.* ſed illa tanti nobis videtur momenti, ut liberis, qui nihil parent. offenderunt, omnia bona ſint relinquenda, de qua cenſura *lat. ad Nov.* 115. *c.* 3. *& ſeqq.* ubi & hoc *cap.* 1. eatenus corrigitur, quatenus legitima portio ſolo titulo inſtitutionis relinquenda eſt, quæ hic quolibet alio titulo relinqui poteſt. Cœterum *d. c.* 1. non tantum de legitima liberorum aucta loqui, ſed etiam parentum, apparet ex verbis finalib. *d. c. verſ. & natura primo &c.* non tamen de fratrum legitima aucta, qui non habent querel. inoff. niſi forſan turpis homo inſtitutus heres ſit, quia alias frater non tenetur jure naturæ fratri bona relinquere, atque ita Moribus ſervari, notavi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de inoff. teſtam.*

CAP. II. & III.

RAtio, cur in *d. c.* 2. legitima portio filior. curial. ſit dodrans, hæc dari ſolet; quia graviſſima ſunt curiæ onera, ſed proprior à nobis indicata eſt ad *d. c.* 1. Hodie filios noſtror. curial. æquali jure uti cum aliis filiis, ſcripſit *hic Groen. nos ad tit. D. de decur.* Ratio, cur in *d. c.* 3. teſtator non poſſit uxori relinquere uſumfruct. omn. bonor. & filiis nudam proprietatem, interjecta & *ibid.* ſed proprior (ni fallor) indicata eſt ad *d. c.* 1. ſcilicet parentes ex præcepto Pauli ad *Corinth.* 7. debent liberis quærere theſauros, & ideo non male in *l.* 7. §. 1. *D. ſi tab. teſtam. und. lib. & in l.* 7. *pr. D. de bon. damnat.* bona parentum dicuntur liberis deberi juræ naturæ ſeu ratione naturali, quæ non impeditur, niſi à fortiori, quæ hic non occurrit.

CAP. IV. & V.

RAtio, cur in *pr. d. c.* 4. nepos ſuccedat in locum patris mortui, & conſequatur totam partem, quam pater accepturus fuiſſet in bonis patris ſui, depromenda videtur ex commiſeratione; quum ſatis lugubre ſit, quod nepos amiſerit patrem ſuum, ergo qui eſt pars patris vel ex ſanguine patris, ille etiam patrem repræſentat in ſolatium, ut *alib. lat.* An & quatenus ſtatuta ſeu conſuetudines videantur improbandæ, quas hic ſimpliceter improbavit *Gothof.* quæ arcent fœminas à ſucceſſione feudor. ducat. dixi in *diſp. ad mater. de ſucceſſ. ab inteſt.* Quod nec inſtrumenta dotalia vel dotes, de quib. §. 1. *d. c.* 4. ſint neceſſariæ ad legitimationem matrim. dixi ad §. *ult. Inſt. de nupt. & alib.*

De una uncia, vel dimidia parte totius ſubſtant. quæ liberis naturalibus relinqui poteſt in teſtamento, dixi ad *tit. C. de natur. liber.* ut etiam refert Imp. in *pr. d. c.* 5. De duab. unciis, quæ hic ab inteſtato relinque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

relinqui poſſunt liberis ex concubina natis, dixi ad *titul. de ſucceſſ. ab inteſt.* An & quatenus jure Divino & Moribus dictis liberis aliquid relinqui poſſit vel in teſtam. vel ab inteſt. dixi *ibid.* Hoc tamen de novo ex *d. c. 5.* notandum, quod etiam notarunt *Accurſ. Aliique* ſcilicet nullam reſponſionem juris admittendam eſſe, quæ non lege probatur. Unde *Gothof. ad d. c. 5.* bujus capit. ſententia dici non poteſt, quantum extenuentur eorum ſententiæ, qui ſolis nituntur Interpretibus &c.

CAP. VI. & VII.

RAtio, cur in *d. c. 6.* collatio dot. vel donat. propt. nupt. fieri debeat, ſive liberi ſuccedant ab inteſt. ſive ex teſtam. inſerta eſt *ibid.* ſed proprior à nobis data eſt ad *auth. ex teſtam. C. de collat. & ad tot. tit. D. de collat.* Ratio, cur tamen collatio poſſit prohiberi, addita eſt *ibid.* An etiam ſimplex donatio veniat in collationem, an emancipatus conferat etiam emancipato, aliaſque quæſtion. ſimil. quas hic tractant DD. excuſſimus in *diſp. ad d. tit. de collat.*

De diviſione bonorum à patre inter liberos facta, de qua *d. c. 7.* dixi ſatis ſuperque ad *l. 21. §. 1. & duas auth. ſeqq. C. de teſtam. & ad l. 20. §. 3. D. famil. erciſc.* Bartoli tamen ſummam, quæ breviter & clare *d. c. 7.* explicat, lubet adjicere: diviſio bonorum à parente inter liber. facta non aliter valet, niſi in teſtamento fuerit facta, vel in alia ſcriptura parent. vel liberor. omn. ſubſcriptionem continente. Scilicet bene & pie præſumendum eſt de pietate patris, licet non adhibuerit ſolennitates. Sed nos cenſemus, omnem ſcripturam ſervandam eſſe, de qua jure gent. conſtat. Poſſunt tamen ſolennitates aliquando ob bonum publicum requiri, ſcilicet ſub pœna pecuniaria, ſed nequaquam ſub pœna nullitatis ſcripturæ, ut *lat. ibid.*

CAP. VIII. & IX.

MIrum eſt, quod Imp. in *d. c. 8.* ad probaverit l. Aquil. contra eum in duplum qui per mendacium negavit, ſe damnum dediſſe, & præterea *arg. d. l.* condemnaverit in duplum, qui aut chirographum ſuum, aut pecuniam numeratam inficiatus eſt: aut ſi hoc jus aliquo modo poteſt tolerari in imperio Romano, mirum ſaltem videri debet, cur DD. admiſerint in Belgio aut Regno ſimili. Moribus & rationibus recte cautum eſt, ut privatus in noſtra Republ. nec poſſit, nec debeat ſentire lucrum ex delicto privati. Plures rationes videre licet in *not. noſtr. ad tit. D. ad l. Aquil. & ad tit. C. de non num. pecun. & ad tit. Inſt. de literar. obligat. & ad l. 34. C. de locat. & cond.* Sane mendacium curatorum aut tutorum non nocebit pupillis aut minoribus. *d. c. 9.* cujus ratio data eſt ad *§. 2. l. un. D. ſi quis jus dic. non obtemp.* Reliqua de expenſis cuilibet obvia ſunt ex *præmiſſ.*

CAP. X. & XI.

RUrſus in *d. c. 10.* tantum intentio Imp. bona eſt, qua cenſet, mendacium puniendum eſſe, ſed errat in modo, ut *ſup.* Etenim per ſe non ſequitur, hic poſſeſſor falſo negavit, Titium eſſe dominum, ergo actori ut priori creditori poſſeſſio tradenda eſt. Puniatur ergo mendatium pœna arbitraria vel corporali vel pecuniaria, ſed nemini auferatur jus, quod ei jure naturæ competit. Adde *not. noſtr. ad auth. item poſſeſſ. C. qui pot. in pign.* quæ ex *d. c. 10.* deſumpta eſt.

Ratio, cur in *d. c. 11.* liberi ex concubina nati fiant legitimi propter ſubſequens cum concubina matrimonium, data à nobis eſt ad *§. ult. Inſt. de nupt. ad l. 10. & ſeq. C. de natur. liber. & ad d. Nov. 12. cap. 4.* Reliqua de ancillis apud Belgas inutilia ſunt. An dotalia inſtrumenta neceſſaria ſint, fruſtra quæritur; quum certum ſit de Jure Canon. aut ſaltem de Moribus, quod non requirantur, ut *lat. in dd. loc. & ſeq. Nov.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

DE FILIIS ANTE DOTAL. &c.

TITULUS VI.

NOVEL. CONSTIT. XIX.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

QUanquam & *dicta præfat. & d. c.* 1. excuſſa videri poſſint in *not. noſtr. ad d. l.* 10. *& ſeq. C. de nat. liber.* ad quas hic ſe refert Juſtin. & ad *d. c. ult. d. Nov.* 12. juvat tamen quædam nova adjicere axiomata ex *d. præf. & d. c.* 1. collecta. Primum hoc eſto: conſtitutio interdum, puta in favorabilibus aut neceſſariis, extendenda eſt ad præterita, ſcilicet per Imperatorem, ſed vix per Interpretem. *l. ult.* §. 1. *C. de legib.* niſi tamen judicatum jam ſit, aut tranſactum. *d. c.* 1. quod ſaltem in dubio non videtur revocatum, nec etiam expreſſe debet temere revocari, ut *lat. ad tit. de re jud. & ad tit. de tranſact.*

De adminiſtrantib. offic. in ſacr. &c.

TITULUS VII.

NOVEL. CONSTIT. XX.

PRÆFATIO.
& CAP. *ſeqq.*

HAnc *præfat. vel novell.* non lego, inquit *Accurſ.* ſed quæ ratio? Alii reſpondent, quia τοπικὴ eſt, id eſt, localis, ſeu propria populi Romani. Summa tamen *Bartoli* hæc eſt: judices appellationem, eorumque officiales in cauſis appellationum, in quibus officium eſt commune, in judicio ſimul examinationem facere debent, & geſtis participare. Excuſſionem *leg. fin. C. de temp. appell.* quæ in *d. præfat.* indicatur, videre licet in *not. noſtr. ad eand. l. ult.* Plura de materia appellationum, deque judicib. appellat. vel officialibus hodiernis, dixi plene ad *titul. D. & C. de appellat.* Summa ex *c.* 9. hæc eſt: lex, quæ non eſt correcta, cenſetur antiquæ figuræ relicta, ut *lat. ad l.* 27. *C. de teſtam. & ad l.* 32. §. *ult. C. de appellat.*

DE ARMENIIS.

TITULUS VIII.

NOVEL. CONSTIT. XXI.

PRÆFATIO.
CAP. I. & II.

QUi ſunt ſub eadem Repub. illi etiam iiſdem legibus regendi videntur. *arg. d. præfat. & cap.* 1. præſertim ſi victi ſunt, qui regulariter à victoribus leges accipiunt. *d. c.* 1. Corrigendum autem eſt, quod barbaricum eſt. *d. præfat. & cap.* 1. Ratio vero, cur fœminæ ab inteſt. ſuccedant parentibus, liberis, fratribus &c. latius excuſſa eſt in *noſtr. ad tredec. titul. Lib.* 4. *Inſt. & ad tit. D. & C. de ſucceſſ. ab inteſt.* noviſſ. ad *Nov.* 118. Reliqua de indictionibus, de quib. *cap.* 2. dixi ad *tit. C. de indictionib.* An lex, quæ regulariter temporis præſentis eſt, aliquando poſſit eſſe temporis præteriti, dixi ad *Nov. præced.* 19.

COLLA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

COLLATIO IV.

DE NVPTIIS.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. XXII.

PRÆFATIO.

SUmma ex *d. præfat.* hæc eſto: matrimonium honeſtum eſt, & generi humano artificioſe introducit immortalitatem. Sed cur ergo Imp. permittit, ut hoc honeſtum videatur interdictum ſacerdotibus? Sapientis eſt, inquit, mutare conſilium in melius. *d. præf. in fin.* Cur non & hoc mutavit? Scilicet illis duntaxat interdictum eſt, qui ad exemplum Pauli donum continentiæ habent.

CAP. I. & II.

BArtoli ſumma ad *d. c.* 1. *&* 2. quæ etiam præfationem adhuc continere videntur, hæc eſt: conſtitutio ad futura trahitur, in præteritis autem vetera jura ſervantur. *d. c.* 1. ſed tempera, ut ſupra ad *c.* 2. *Nov.* 21. Altera ſumma ex *d. c.* 2. hæc eſt: diſpoſitio ultimæ voluntatis, quæ legibus non repugnat, pro lege ſervatur, de qua *nos* variis in loc. *ſup. ſæp.*

CAP. III. IV. & V.

NUptias conſenſus facit, dotalium inſtrumentorum augmento non agens. *Bart. ad d. c* 3. quod tamen non loquitur de inſtrument. dotalib. ſed de dote & donat. propt. nupt. ſine quibus matrimonium eſſe poteſt. Vera tamen in ſe *Bartoli* ſententia eſt, de qua *nos ſup. lat. & inf. ad c* 4. *Nov.* 117. De divortiis, de quib. *d. c.* 4. dixi ad *l.* 9. *& tot. tit. C. de repud. & ad Nov.* 117. *cap.* 10. Juſtin. perperam in *c.* 5. concedere licentiam, ut ob vitam monaſticam aut ſimilem diſſolvatur matrimonium, pluribus rationib. probavi ad *tit. Dig. & Cod. de divort. & ad l.* 53. §. *ult. C. de Epiſcop. & Cleric.*

CAP. VI. & VII.

QUæ ratio Juſtiniane, cur in *d. c.* 6. liceat diſtrahere matrimoniam, ſi maritus per triennium non potuit coire cum uxore? Sane ſi ab initio fuit impotentia, matrimonium nullum eſt, ut *lat. ad l.* 10. *C. de repud.* Quæ ratio quoque, cur in *d. c.* 7. liceat bona gratia ire ad alterum matrimonium, ſi unus ex conjugibus per quinquennium abſens fuerit? Jure Divino non licet facere divortium, niſi propter adulterium vel malitioſam deſertionem, ut manifeſtiſſime probavi ad *d. tit. de divort. & repud.* Sane ſi abſens malitioſe abſens ſit, tunc demum procedet *d. c.* 7. ut *nos lat. ad l.* 7. *C. de repud.*

CAP. VIII. *& ſeqq.*

RAtio, cur in *d. c.* 8. matrimonium non diſſolvatur, licet alter ex conjugibus in metallum damnatus ſit, hæc redditur; quia nemo bene natus ex ſupplicio fit ſervus. Sed proprior à nobis allegata eſt ad *d. c.* 7. Eadem eſt ratio, cur contra *c.* 9. 10. 11. *&* 12. ſervitus emergens non ſeparet, ut *lat. ad* §. 10. *Inſt. de nupt. & ad tit. jur. canon. de conjug. ſervor.* Si *d. c.* 10. applicetur ei, qui per errorem Judæam in uxorem duxit, nonnulli exiſtimant, matrimonium nullum eſſe, ſed male, ſi illa velit manere in matrimonio. 1. *Corinth.* 7.

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ut lat. ad *tit. Inſt. & Dig. de nupt. & ad c. 2. ext. de conjug. ſervor.* Sane non quilibet animus incertus, aut quælibet inæqualitas fortunæ dirimit nuptias contractas. Si quis ergo pauperem pro divite duxit, nequaquam ſolvitur matrimonium. Si tamen erratum ſit in tota ſubſtantia, & vel nulla voluntas præſumi poſſit, vel totus uſus matrimonii impeditus ſit, tale matrimonium ab initio non ſubſiſtens non tam reſcinditur, quàm ipſo jure nullum eſt. Sane aperta nequitia non nocet. *d. c.* 11. nec languor domini. *d. c.* 12.

CAP. XIII. & XIV.

RAtio, cur in *d. c.* 13. deportatio non ſolvat matrimonium, atque adeo nec condemnatio ad triremes, indicata eſt ad *d. c.* 8. *& ad l.* 56. *D. ſolut. matrim. & ad* §. 1. *Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt.* Ratio, cur in *d. c.* 14. quadriennium mutatum ſit in decennium, adjecta eſt *ibid.* ſed quæ ratio decennii? Rectius ergo Moribus receptum eſt, ut ſuperſtes probet, alterum conjugem mortuum eſſe, antequam ad ſecundas nuptias poſſit admitti, ut *notat. ad d. c.* 7. & conſtitutum eſt in *Nov. Leon.* 53.

CAP. XV. *& ſeqq.*

SI *d. c.* 15. accipiatur de ſeparatione thori & menſæ, cauſæ in *d. c.* enumeratæ juſtæ dici poſſunt, ſed ſalvo arbitrio judicis. Cœterum ſi accipiatur de diſſolutione ipſius vinculi matrimonialis, nulla cauſa ſufficiens occurrit, niſi cauſa adulterii vel cauſa malitioſæ deſertionis, ut *ſup. notat. ſæp.* An pars innocens, & quandoque pars nocens aliud matrimonium contrahere queat, dixi longe lateque ad *tit. D. & C. de divort. & repud. & ad tit. D. & C. de adulter.* ubi & de pœna adulterii, & malitioſæ deſertionis. Ratio, cur in *pr. c.* 16. mulier non poſſit intra ann. tranſire ad ſecund. nupt. addita eſt *ibid.* de qua nos lat. ad *l.* 11. §. 1. *D. de his qui not. infam.* Tres illas cauſas additas in §. 1. *d. c.* 16. rejiciendas aut ſaltem temperandas eſſe, notavi ad *d. c.* 15. De adſcriptitio, de quo *c.* 17. dixi & ad *d. c.* 9. & ad *l. fin. C. de agricol. & cenſit.*

CAP. XVIII. & XIX.

NEc conſtitut. dot. nec conſcript. inſtrument. dotal. de ſubſtantia matrimonii eſſe, ut dicitur in *d. c.* 18 dixi *ſup. aliquot.* nec mulierem poſſe expelli ob dotem non acceptum, dixi ad *l.* 21. *D. de jur. dot.* Quid tamen, ſi mulier ob hanc vel ſimilem non juſtam cauſam acceperit repudium? Matrimonium non ſolvitur, ſed ſæpe fit ſeparatio thori & menſæ, quo caſu quidem pœnæ in *d. c.* 18. non ſervantur, ſed tamen ſimiles ex arbitrio judicis ſtatuendæ, ut *ſup. ſæp.* Sane conjuges filios vel filias non poſſe repudium mittere in præjudicium parentum, recte cautum eſt in *d. c.* 19. Moribus tamen, quibus ob contract. matrimon. ſolvitur patria poteſtas, non requiritur parentum conſenſus in divortiis, aut ſeparat. thori & menſæ, ſed ſola auctoritas judicis. Si tamen dos aut donatio propt. nupt. data aut promiſſa ſit, haud dubie fiſco competit actio, quatenus delictum commiſſum eſt, ſed privatus in noſtra Repub. nec poteſt, nec debet ſentire lucrum ex delicto privati, ut *ſup. cent.*

CAP. XX. & XXI.

MIrum videri non debet, cur in *pr. d. c.* 20. pactum de dote lucranda vel donat. propt. nupt. valeat, ſcilicet in caſu, quando communio bonor. exluſa eſt, vel excludi poteſt, ſed mirum eſt, cur in *d. pr.* pactum inæquale non valeat, & ideo recte hoc correctum eſſe, notavi ad *l.* 9. *C. de pact. convent.* Si per ſe major quantitas dotis vel donat. propt. nupt. poteſt eſſe, cur etiam non licet majorem paciſci?

Ratio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ratio, cur in §. 1. liceat diſponere de lucro dot. vel donat. propt. nupt. quod ex pacto ſuperſtiti conjugi competit, vulgaris eſt ex *l.* 21. *C. mandat.* An idem dicendum ſit, licet tranſierit ad ſecunda vota, dixi ad *l.* 3. *&* 6. *C. de ſecund. nupt. & alib.* Sane ſi per pactum uxor vel maritus factus eſt dominus, quæ ratio præſumptionis, cur in §. 2. dictum lucrum κάτα παρέληψιν devolvatur ad liberos, cum pactum generaliter prolatum generaliter ſit intelligendum? Quid dicendum ſit in abſtracto, dixi ad *Nov.* 115. *c.* 3. Quomodo alias lucra nuptialia tranſmittantur ad filios vel fratres, de quib. *d. c.* 21. dixi ad *Nov.* 118. *& alib. ſæp.*

CAP. XXII.

RAtio, cur in *pr. d. c.* 22. maritus intra annum tranſiens ad ſecunda vota minime patiatur pœnam, data eſt in *d. c.* 16. proprior à nobis ad *l.* 11. §. 1. *D. de his qui not. infam.* quæ procedit, etiamſi maritus habuerit liberos ex priori matrimonio, ut *lat. ad l.* 3. *&* 6. *C. de ſecund nupt.* Quæ ratio, inquam, tantæ auctoritatis eſt, ut nec mulier debeat pati illas pœnas, quæ in *d. pr.* enumerantur. Quod non fiat infamis Jure Canon. & Morib. certum eſt. Et ſi non fiat infamis, licet intra annum luctus ſecundo marito nupſerit, cur patitur alias pœnas, ſive introductæ dicantur in odium ſecundar. nupt. ſive in favorem liberor. qui ex priori matrimonio nati ſunt? Nullo modo meretur pœnam, qui facit, quod lege Divina permittente facere licet. Si qua pars honeſtatis læſa eſt, fiſco pœna competit, non privato, multo minus filio, ut *lat. ad d. l.* 3. *& C. de ſecund. nupt.* Ergo non opus eſt illa venia Imp. vel remedio, de quib. §. 1. Reliqua de ſucceſſ. ab inteſt. *lat. ad Nov.* 118. *&* 127.

CAP. XXIII. XXIV. & XXV.

PŒnas, quæ mulierem ſequuntur, licet poſt annum luctus tranſierit ad ſecund. matrimon. de quib. *d. c.* 23. multo magis videri abrogatas, ſponte probatur ex *præmiſſ.* Et ideo male in *d. c.* 23. *&* 25. dicuntur liberi exhonorati, quod pater vel mater tranſierit ad ſecund. nupt. Si parentes à liberis non ſunt caſtigandi, uti loquitur Imp. in *d. c.* 24. quo jure quæſo poſſunt impedire, quo minus parentes poſſint oppignorare vel alienare, quor. dominium lege Divina liberum habent? Reliqua de præſcript. 30. annor. excuſſa ſunt ad *l.* 3. *&* 4. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Quatenus *d. c.* 35. agit de lucris dividendis inter liberos primi thori, inutile eſt, aut ſaltem cenſura dignum, ut *ſup.* Male etiam electionem denegari mulieri, notavi ad *Nov.* 2. *c.* 1. ſed recte nepotes non plus conſequuntur, quam pater erat conſecuturus, de quo *lat. ad l.* 2. *C. de ſuis & legit. hered. & ad Nov.* 118.

CAP. XXVI.

QUatenus utilia & inutilia ſint, quæ in *d. c.* 26. tractantur aut conſtituuntur, ſignificavi ad *Nov.* 2. *c.* 2. & ad *capit. proxime præced.* An ergo hic locus cœteris obſcurior ſit, ut voluerunt *Cujac. Gothof. Aliique*, parum aut nihil ad meum inſtitutum pertinet. Crambe recocta nauſeam parit, & ideo ſufficiat ad *pr. d. c.* 26. notaſſe, quod alienatio à libero domino facta debeat ſortiri effectum, ſive liberi ante patrem mortui ſint, ſive ſupervixerint. Si ergo patris heredes non ſunt, de quo caſu in §. 1. nihil ad filios ſuos tranſmittent, licet non fuerint ingrati, de quib. *lat. ad Nov.* 115. *c.* 3.

CAP. XXVII.

AN & quatenus tranſiens ad ſecund. nupt. poſſit ſecundo conjugi plus relinquere, quam uni ex liberis prioris thori, de quo caſu præcipue agit *d. c.* 27. dixi abunde ad *l. hac. edict.* 6. *C. de ſecund. nupt. & ad capit. præced. huj. Nov.* 22. Reliqua de legitima, quæ jure novo tertia vel ſemis eſt, excuſſa ſunt ad *Nov.* 118. *c.* 1. *& Nov.* 115. *c.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ingrato minus legitima relinqui poſſe, ceſſante quoque petitione ſupplementi, ſignificavi ad *l.* 30. *C. de inoff. teſtam. & ad d. c.* 3. *Nov.* 115. Male quoque fieri, quod fit contra legem per interpoſitam perſonam, dixi ad *l.* 5. *D. de donat. int. vir. & uxor. & alib.* Imperator cavere debet, ne leges naturæ injurientur vel injuria afficiantur. *d. c.* 27. *in fin.* ſed quo jure aut qua ratione ergo privantur parentes jure liberę diſpoſitionis? Redditur quidem ratio in *cap.* 40. ſed frivola, ut *lat. ibid. & ſup.*

CAP. XXVIII. XXIX. & XXX.

FRuſtra nos ſolicitos eſſe de tempore, quod in *d. c.* 28. inſpiciendum eſt tempore mortis binubi, qui plus vitrico vel novercæ dicitur reliquiſſe quàm uni ex filiis prioris matrimonii, ſponte ſequitur ex *præced.* Propria bona parentum pertinent ad liberos, licet ſint ex diverſis matrimoniis. *d. c.* 29. ſed cur ſecus in lucris nuptialibus? cur filii primi ad lucra à primo viro venientia, ſecundi ad ſecunda vocantur? Si legata aut fideicommiſſa fiant propria, cur non etiam alia donata? Quod conſtitutum eſt de lucris poſt mortem, idem ſtatuendum videtur de lucris poſt diſſolutum matrimonium. *arg. d. c.* 30. Ipſum *cap.* vel reliqua *capit.* inutilia eſſe, notavi *ſupra ſæp.*

CAP. XXXI.

RAtio, cur in *d. c.* 31. dotis diminutio non poſſit fieri in ſecundo matrimonio, quando liberi exſtant ex primo matrimonio, hæc dari ſolet, ne fraus aut præjudicium fiat legi *hac. edict.* 6. *C. de ſecund. nupt.* Sed iſtum metum aut iſtam rationem vanam eſſe, dixi & ad *d. l.* 6. *& ad hanc Nov.* 22. *ſæp.* Si primi matrimonii dos vel donatio propt. nupt. augeri vel deminui poſſit *d. c.* 31. cur non etiam ſecundi? Adde tamen *not. noſtr. ad l.* 25. *C. de jure dot.*

CAP. XXXII. & XXXIII.

RAtio, cur in *d. c.* 32. uſusfructus non amittatur vel reconſolidetur cum proprietate, licet conjunx donatarius tranſierit ad ſecunda vota, hæc dari poteſt; quia jure novo in cœteris lucris retinetur uſusfructus, licet proprietas tranſeat in liberos prioris matrimonii, ut *ſup. dict. ſæp.* Sed ſi uſuſf. non amittatur. *d. c.* 32. cur amittitur proprietas? Sane ſi uſusfructus dotis nomine vel propter nupt. donat. conſtituatur, ille haud dubie manet. *d. c.* 33. Ratio hæc dari ſolet, quia *dict. tit. dot. vel donat. propt. nupt.* non eſt lucrativus. Sed à nobis data proprior eſt *ſup. ſæp.* Ratio verò, cur talis uſuſf. non poſſit à teſtatore revocari vel donari ſub conditione, ut exſtinguatur, ſi donatarius tranſeat ad ſecund. nupt. vix ſolida dari poteſt, niſi dicamus ita lege cautum fuiſſe ob bonum publicum, quod tamen non video, & ſic intellige rationem in *fin. d. c.* 33. adjectam, ſuper qua mirum in modum ſe torquet *Accurſ. ad d. c.*

CAP. XXXIV. & XXXV.

MOribus pater non habet uſumfruct. in bonis filii, ut notavi ad *tit. C. de bon. matern. ad* §. 1. *Inſt. per quas perſon. & alib.* & ideo nulla ratio dubitandi ſubeſt, cur in caſu *d. c.* 34. uſumf. amitteret, quando tranſit ad ſecund. nupt. Hodie ſaltem in abſtracto matrem non ſolum ob tres cauſas ingratitudinis, de quib. *d. c* 35. ſed etiam ob alias legitimas poſſe donationem revocare à filiis, notavi ad *auth. quod mat. C. de revoc. donat. & in anteced. ad h. Nov.* 22.

CAP. XXXVI. & XXXVII.

RAtio, cur in *d. c.* 36. mulier tranſiens ad ſecunda vota non retineat dignitatem prioris mariti, ſubjecta eſt *ibid.* ſed proprior eſt; quia mulier tranſeundo ad ſecun-

ſecundum maritum ipſo facto renuntiat dignitatib. & privilegiis, quæ ex priori conjugio retinuerat, ut lat. ad *l.* 8. *& ult. D. de dignitat.* Quatenus *d. c.* 37. agit de libertinis, mulierib. & patron. nullum uſum apud Belgas habet, ſed tamen hæc doctrina vel regula ex *d. c.* excerpi poteſt; quod ancillæ vel ſimilis conditionis mulieres plerumque fiant elatæ & epulatæ, quando nuptæ ſunt dominis ditioribus aut dignioribus.

CAP. XXXVIII. & XXXIX.

QUæ ratio, cur in *d. c.* 38. matri auferatur educatio filii, ſi tranſierit ad ſecundas nuptias? Juſta igitur cenſura ſtringenda videtur in *d. c.* 38. ut plurib. rationib. & morib. probavi ad *tit. D. & C. ubi pup. educ. deb.* Ratio, cur in *d. c.* 39. reſtitutio dotis regulariter non debeat fieri conſtante matrimonio, præſertim ſi poſtea ſequatur ſecundum matrimonium, adjecta eſt *ibid.* ſed in veritate aut juſtitia non eſt ratio, quum ipſa donatio inter vir. & uxor. valeat, & retineat effectum, licet ſuperſtes conjunx poſtea tranſeat ad ſecund. nupt.

CAP. XL.

MOribus illud jusjurand. de quo *d. c.* 40. vel etiam illam teſtationem apud acta, de qua *Nov.* 94. *cap.* 2. in uſu non eſſe, nec eſſe debere, dixi ad *capita præced. h. Nov.* 22. *& ad tit. C. quando mul. tut. Groen. ad d. c.* 40 Sed nec mater amittit ſucceſſ. filii, licet tranſierit ad ſecund. nupt. antequam novos petierat tutores, ut *notat. ad tit. D. qui pet. tut. & ad l.* 8. *C. de legitim. heredib.* Ergo in hoc tertio ſaltem mulier non amplius impia aut Deum negligere dici poteſt, quum hodie non præſtet dictum jusjurand. atque adeo nec violet. Impie imponi vel ipſam teſtationem apud judicem, probavi in *loc. allegat.* Præterea mater tranſiens ad ſecunda vota dicitur negligere memoriam defuncti & charitatem filior. Sed hæc præſumptio juris & de jure intolerabilis eſt, ut etiam ſcripſit *Groen. ad l.* 1. *C. ubi pupil. educ. nos ad l.* 3. *C. de ſecund. nupt. & ad l.* 22. *C. de adm. tut.* Puniatur delictum, quando commiſſum eſt, ſed nemo ex præſumptionibus condemnetur. *l.* 5. *D. de pœn.* aut ſaltem admittatur contraria probatio. *l.* 24. *D. de probat.* Deus omnium Imperatorum ſupremus præſumit, matrem nunquam neglecturam eſſe curam liberor. *Eſai.* 49. vicarius præſumit contra, ſed contra *d. c.* 49. *v.* 15. & contra ration. & mor. *ſup. allat.*

CAP. XLI. & XLII.

RAtio, cur in *d. c.* 41. pater non teneatur filio cavere de legato, quod ſub condit. vel in diem relictum eſt, facile colligitur ex pietate patris, quæ erga filium præſumitur maxima. *l.* 7. *pr. C. de curat. furioſ.* & ex reverentia, quam filius patri debet haud mediocrem. Quæ cum ita ſint, cur tamen pater tenetur cavere, ſi tranſeat ad ſecunda vota? Si filiofam. non præſtatur *l.* 50. *D. ad SCt. Trebell.* cur ſecus in emancipato? Vide *not. noſtr. ad l.* 7. *D. ut legat. nom. cav.* Doctrinam diabolicam eſſe in *d. c.* 42. probavi ad *Nov.* 6. *& alib.* Ratio, cur cantor vel lector clericus poſſit mattimonium contrahere, hæc datur; quia forſan laborabat inevitabili neceſſitate, puta, inquit *Gothof.* quia ſe continere non poterat. Hujuſmodi enim affectus non poteſt domari, & ideo lex ei indulget.

CAP. XLIII. & XLIV.

RAtio, cur in *d. c.* 43. *& ſeq.* legatum valeat, quod ſub illa conditione relictum eſt, ne uxor vel vir tranſeat ad ſecund. nupt. hæc eſt; quia ſub honeſta conditione relictum eſt. An idem dicendum ſit, ſi virgini relictum ſit, ut virgo maneat, dixi *alib.* Ratio, cur dictum legatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

amittatur, ſi uxor vel maritus ſuperſtes tranſeat ad ſecund. nupt. facile colligitur ex veriſimili voluntate teſtatoris & ex natura negotii, quæ etiam confirmat præſtation. caution. & reſtitut. cum fructib. ſi ſecundæ nuptiæ ſequutæ ſint, ut *lat. in not. & diſp. noſtr. ad tit. C. de indict. vid. toll.* Reliqua, quæ ſunt de *orig. l. Jul. Miſcell.* aliaque ſimilia ad hiſtor. vel antiquit. pertinentia videre licet apud *Gothof. ad d. c. 43. & ſeq.* Etiam ante annum, de quo *d. c. 44.* legatum peti poſſe, ſi cautio Muciana præſtetur, de qua in *l. 7. D. de condit. & demonſtrat.* dixi ad *d. tit. C. de indict. vid. toll.* Cœtera de cautione pro qualitate perſonarum præſtanda ſunt perſpicua, & hodie arbitraria, ut & illa de uſuris trientib. ut *alib. lat.*

CAP. XLV. & XLVI.

EXcuſſio *d. c. 45.* ſaltem quoad decretum ſeu inſtitutum noſtrum, plene facta eſt ad *c. 4. Nov. 2.* ubi idem dict. quod hic, & vice verſa. Quoniam tamen *Bart.* ſumma paulo clarior eſt, juvat eam hic adjicere. Si donatio ant. nupt. in reb. mobilib. conſiſtat, mater eam accipere debet, & uti frui arbitrio boni viri. Si vero conſiſtat in reb. immobilib. eam filiis dimittere debet, & cautionem accipere de ſolvendis uſuris usque ad tertiam centeſimæ. Idem ſervandum eſt in parte quoad partem, quod in toto quoad totum. Moribus, aut ſaltem rationibus volentibus, mater contra *d. c. 46.* non ſolum quoad uſumfruct. ſuccedit filio in bonis à patre proventis, licet tranſierit ad ſecund. nupt. ſed etiam quoad proprietatem, ut *ſupra probat. ſæp. ad Nov. 2. & ſeqq.* Reliqua de cauſis ingratit. & exheredat. *lat. ad Nov. 115.* de cauſ. ſucceſſ. ad *Nov. 118.*

CAP. XLVII. & XLVIII.

RAtio, cur in *d. c. 47.* frater à fratre ob tres cauſas in *d. c.* enumeratas exheredari poſſit, præſertim in lucris antenupt. licet etiam turpis perſona ſit heres inſtitutus, hæc eſt; quia frater ob dicta delicta ſe bonis fratris fecit indignum, ut *lat. ad d. Nov. 115. c. 3.* Ratio, cur in *d. Nov. 48. pr.* parentes debeant ſervare æqualitatem inter liberos primi & ſecundi matrimonii, facile colligitur ex æqualitate ſanguinis & amoris, quo liberos proſequi debent. Ratio, cur in §. 1. lex regulariter non ad præterita, ſed futura referatur, data eſt ad *l. 7. C. de legib. & alib. ſæp.*

De appellat. & intra quæ &c.

TITULUS II.

NOV. CONSTIT. XXII.

PRÆFATIO. & CAP. I.

RAtio, cur in *d. præfat.* biduum aut triduum mutatum ſit in decem dies, adjecta eſt *ibid.* quæ tanti profecto momenti eſt, ut hodie etiam contra decem dies ſæpe detur reſtitutio in integr. vulgo **relief in cas d'appel.** Datur quoque reformatio usque ad annum impetranda, quæ tamen executionem rei judicatæ non ſuſpendit, ut *lat. ad tit. D. & C. de appellat.* An ergo in *d. c. 1.* dies, quo ſententia pronuntiata eſt, decem diebus adnumerandus ſit, an ab hora ad horam, fruſtra tam ſolicite quæri videtur. Videſis tamen *diſp. noſtr. ad dd. tit. de appell.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. II. III. & IV.

RAtio, cur in *d. c.* 2. lis non ſit in periculo, quæ ob impedimentum Principis non poteſt in conſiſtorio Principis abſolvi, adjecta eſt *ibid.* quę etiam tanti ponderis eſt, ut ſimilibus judicibus applicari poſſit. *l.* 12. *D. de legib.* Quatenus *d. c.* 3. agit de appellat. in Ægypto, Aſia, Ponto &c. deque ſumma decem librar. auri, Belgis inutile eſt, ſed cum per minimas cauſas non debeant litigantes magnis fatigari diſpendiis, ut loquitur Imp. in *d. c.* 3. ideo Moribus Belgii in multis locis non datur appellatio à parva pecuniæ ſumma, ut *lat. ad dd. titul. de appellat.* Si tamen Dei timore ſententiæ dicendę ſunt, ut idem Imp. loquitur in *fin. d. c.* 3. non temere debet denegari appellatio, quæ ſpecies defenſionis eſt *l.* 1. *pr. D. de appell.* & ſibi imputet, qui in cauſa exigui pretii ingentes fecerit impenſas. Fiat juſtitia & pereat mundus litibus. Summa ex *d. c.* 4. quod de ſpectabilib. & illuſtrib. Roman. hæc eſto: à minore tribunali ad majus appellare licet, & par in parem non habet imperium. Moribus idem ſervari certum eſt, ſed quinam ſint judices inferiores, & quinam ſuperiores in cauſis appellat. ſignificavi ad *dd. titul. D. & C. de appellat.* Hiſce ita excuſſis, non eſt, quod ſim ſolicitus de epitome *d. Nov.* 23. Quot aureos faciant decem liberæ auri, dixi ad *tit. C. de ſuſcept.* ſed *Gothof. ad dict. epitom.* aureum interpretatur decem florenos, ut loquimur.

DE PRÆSIDE PISIDIÆ.

TITULUS III.

NOVEL. CONSTIT. XXIV.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

INterpretationes *d. Nov.* 24. *& ſeqq. ſimil.* non reperiuntur apud *Accurſ. Gloſſat.* & jure meritoque negliguntur, cum locales ſint & propriæ populi Romani Juſtin. Ne tamen plane inutiles dicantur, quod vix de una dici poteſt, operæ pretium videbitur, & omnino ad majeſtatem juris Juſtinianei continuandam, ſi quaſdam doctrinas ſeu ſummas excerpamus. Prima ex *d. præf.* hæc eſto: præſides vel prætores & ſimiles debent præeſſe & armis & legibus. Hodie tamen forma imperii mutata, mirum non eſt, quod etiam dignitas Prætorum mutata ſit, ut *lat. ad tit. D. de effic. prætor.* Summa ex *d. c.* 1. hæc eſto: vetuſtas aliquando poſtliminio reducenda eſt, & omnes omnino judices debent puris uti manibus. An & quatenus annales aliquid conferant ad probationem, ſignificavi ad *tit. de teſtib.* Summa ex *d. c.* 2. hæc eſto: dignitates non debent eſſe venales, ut *lat. ad Nov.* 8. *&* 17. Quod avaritia vel gratia vel inimicitia ſint judicum peſtes omnino coercendæ *d. c.* 2. dixi *alibi lat.* Summa ex *d. c.* 3. hæc eſto: præſidis officium eſt curare, ut affluens in urbibus ſit rerum copia &c. de quib. *nos lat. ad tit. D. de præf. urb. & d. Nov.* 17. Summa ex *c.* 4. hæc eſto: ſolius ſuperioris eſt habere ſellam curulem vel carrucam argenteam, ſecur. faſc. &c. ut *lat. ad tit. C. de honorat. vehicul.* Summa ex *c.* 5. hæc eſto: Imperator curare debet, ne forte parvis de cauſis litigatores magnas bonorum perturbationes ſuſtineant. Summa ex *c.* 6. hæc eſto: prætores debent adminiſtrar. dirigere ad mandatum ſeu modum ab Imp. præſcriptum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

DE PRÆTORE LYCAONIÆ.

TITULUS IV.

NOVEL. CONSTIT. XXV.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

QUale olim fuerit officium prætor. tempore Juſtiniani, rurſus deſcribitur in *d. præfat.* ſed *Boæt.* 3. *de conſolat.* ſcripſit, nunc inane nomen eſt, & Senatorii cenſus gravis ſarcina. Quales ſint hodie noſtri Prætores vel Droſſardi, vel Baljivi aut Schulteti, dixi ad *d. tit. D. de offic. præt.* Summa ex *cap.* 1. hæc eſto: aliquando duplex adminiſtratio redigenda eſt in ſimplicem, ſi hoc Reipub. expediat. Summa ex *c.* 2. hæc eſto: qui gratuito adminiſtrationem accepit, ille etiam gratis judicaturus & judicaſſe præſumitur. Prætor ſimilisque à ſordibus alieniſſimus eſſe debet. *d. c.* 2. Summa ex *c.* 3. hæc eſto: Prætor aut alius Magiſtratus aut miles ſuperior non debet ſe dedere ſocordiæ nec lucro ſordido, ſed contentus eſſe debet ſuo ſalario à fiſco conſtituto. Quod præceptum exſtat *Luc.* 3. *v.* 14. Summa ex *c.* 4. hæc eſto: præſides inprimis hoc agere debent, ut civitates ipſorum præſidio commiſſæ careant ſeditionibus &c. Summa ex *c.* 5. hæc eſto: præſidi vel alii magiſtratui exactio tribut. public. cordi eſſe debet. De vehiculis argent. & aliis ornament. dixi ad *Nov. præced.* 24. De qua ſumma quidam judices poſſint judicare, & quidam non poſſint, de quib, *c.* 6. dixi ad *Nov.* 23. De ſalario Prętorum ſimiliumve, de quib. in *epilog. d. Nov.* 25. *& in epilog. Nov.* 24. dixi ad *tit. C. de ſportul. & alib.*

DE PRÆTORE THRACIÆ.

TITULUS V.

NOVEL. CONSTIT. XXVI.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

SUmma ex *d. præfat.* hæc eſto: Imperatori incumbit devictas gentes vel provincias redigere in meliorem ſtatum, & contentiones tollere. Summa ex *c.* 1. hæc eſto: officium civile cum militari conjungendum eſt, præſertim in eo, qui in aliquo loco repræſentat Imperatorem ſummum. Ratio tamen in *fin. d. c.* adjecta vix generalis eſt, niſi forſan tempore Juſtiniani. *c.* 2. Etenim unumquodque diſtinctum officium regulariter totum hominem occupat, & ideo jure Canon. paſſim copulatio officiorum prohibetur. Summa ex *c.* 2. hæc eſto: prætor aut ſimilis debet præſtare juramentum, cum officium ſuſcipit, ut *ſup. ſæp.* Summa ex *c.* 3. hæc eſto: prætura tradenda tantum eſt viris gravioribus, ne quid neceſſe habeant remittere ob aliorum divitias. Reliqua ſunt propria Prętoris Juſtinianei in Thracia. Summa ex *c.* 4. hæc eſto: Prætores iisque ſimiles circa decentia verſari debent viri inſigni dignitate præditi cum Dei & Imp. memoria. Summa ex *c.* 5. hæc eſto: magiſtratus ſub ea tacita conditione accipit officium, ut ſecundum leges judicet. ut *nos. lat. ad tit. Inſt. de offic. judic.* Reliqua de poteſtate judicandi circa cert. ſumm. & de certo ſalario, ſupra excuſſa ſunt *aliquot.*

DE COMITE ISAURIÆ.

TITULUS VI.

NOVEL. CONSTIT. XXVII.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

DE coadunatione officiorum, de qua *d. præfat.* de officio gratis tradendo, de quo *c. 1.* deque Poteſtate judicandi circa certam pecuniæ ſummam, dixi ad *Novell. præced. ſap.* An & quatenus certum ſalarium, de quo *epilog.* conſtitui poſſit aut debeat, ſignificavi *ibid. ſup. ſæp.* De collatorib. dixi variis in *tit. Cod. de collat. ær. de collat. fund.* &c.

DE MODERAT. HENELOP.

TITULUS VII.

NOVEL. CONSTIT. XXVIII.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

QUod longo tempore adunatum fuit, non temere dividendum eſt, niſi tamen neceſſitas publica exigat. *d. præf.* ubi duæ provinc. Helenopont. & Pont. Polemoniac. uniuntur. Scilicet unita vis magis reſiſtit. An verum ſit, quod in *c. 1.* dicitur de inventione crucis, quæ Chriſtianorum ſignum eſſet, nullus extra inſtitutum inquiro. Sed tyranni nomen deteſtandum eſt, & pulchra nomina rebus & perſonis imponendæ ſunt. *d. c. 1.* Imperator non temere quid emendare debet circa ſacerdotium. *c. 2.* Hierarchiam tamen inter Epiſcopos vel Paſtores tollendam eſſe, probavi ad jus Canon. *ſæp.* De poteſtate præſid. ſeu moderator. deque ſalario illorum, de quib. *c. 3.* dixi *aliquot. ad Novell. præced.* Magiſtratus eo honorabilior, quo titulos habet digniores & majores cohortes. *c. 4.* §. 1. Turpia lucra Imp. admittere non debet. §. 2. Quid ergo de captura proſtitutar. *Suet. in calig. c.* 40. quid de lucro ex lotio. *Suet. in Domit. c.* 23. Moderator provinc. nihil lucri cauſa facere debet, neque parvum neque magnum, ſed bonum & memorabile nomen appetere debet. *c. 5.* de quo *nos. lat. ad l. 6. D. de offic. proconſul.* Moderator vel Mareſchallus tenetur graſſantes per provinc. quærere, ſed inſtructus juſta manu militum *c. 7.* de quo *nos lat. ad l. 3. & 13. D. de offic. præſid.* Moderator debet Deo & Imp. animam devovere. *c. 7.* ubi etiam de impenſ. ſolvend. pro codicill. ſeu inſcriptione, de quib. *ſup. ſæp.* Sed ante Imp. Deo & legi ſe irreprehenſibilem præbere debet. *c. 8.*

DE

DE PRÆTORE PAPHLAGON.

TITULUS VIII.

NOVEL. CONSTIT. XXIX.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

GEns ab antiquitate & nobilitate ſua laudanda eſt. *d. præfat.* Quales autem fuerint Paphlagones, nullus inquiro, quum hoc ab aliis dictum ſit, puta *Gothof. Aliisque.* Mihi decretum eſt, ea potiſſimum perſequi, quæ juris ſunt, quæque ab aliis neglecta. Una provincia plures Metropoles habere poteſt, nec vetus ordo temere perturbandus eſt, præſertim in ſacerdotio. *c.* 1. ubi etiam de provinc. in priſtin. form. reducendis, & de duabus quandoque in unum redigendis, de quib. *ſup. ſæp.* Qui ipſe in provincia jus reddit, ille non debet alteri vices committere. *c.* 3. An & quatenus hoc hodie ſervetur, notavi ad *tit. D. de offic. ejus cui mand.* Prætores ſimilesque ex publico vivere debent cum conveniente mediocritate. *c.* 3. An & quatenus hoc hodie ſetvetur, dixi ad *tit. C. de ſport.* An & quatenus hodie titulos, de quib. *c.* 4. alienis prædiis imponere liceat, dixi ad *tit. C. ut nem. privat. & alib.* Officium Prætoris aut Præſidis circa delicta inveſtiganda & punienda, de quo *c.* 5. dixi *ſup. ſæp.*

DE PROCONS. CAPPADOC.

TITULUS IX.

NOVEL. CONSTIT. XXX.

PRÆFATIO.
& CAPP. *ſeqq.*

GEns à ſua amplitudine commendanda eſt. *d. præfat.* & ideo non eſt tradenda parvo Magiſtratui. *c.* 1. Concordia ſubditorum nihil inter homines præſtantius. *d. c.* 1. *pr.* Reliqua de cumuland. offic. excuſſa ſunt *ſup. ſæp.* Oportet reſpicere ad vetera exempla, ne collatores lædantur. *c.* 2. vel improbo tributo onerentur. *c.* 3. vel injuriis oppримantur. *c* 4. Quinam hodie ſint exactores tribut. dixi ad *tit. C. de exact. tribut.* Officium proconſulis, quod præcipue in *c.* 5. deſcribitur, excuſſum à nobis latius eſt ad *tit. D. de offic. proconſul.* Hoc novum in *fin. d. c.* 5. quamvis antiquum reclamare non poſſit, cui os auro obſtructum eſt. De ornament. proconſul. de quib. *c.* 6. dixi *ſup. aliquot.* Summa ex *verb. fin.* hæc eſto: ubi convulſio metuenda eſt, ibi inprimis plures Magiſtratus in unum contrahere oportet. Hodie quidem apud Nos non reperiuntur proprie iſti reditus tamiaci, de quib. *c.* 7. ſed poſſunt tamen deputari cellario vel cubiculario Principis vel comitis &c. Sed ſi in illis nulla temporis præſcriptio poteſt opponi. *pr. d. c.* 7. cur ſecus in privatis? Non locupletari non tam turpe eſt, quam male accepta reſtituere. Reliqua de compeſcend. redit. per præſid. deque tribut. exactionib. dixi *ſup. ſæp.* Quarum rerum cura, de qua *pr. c.* 8. incumbat. proconſuli, dixi & ad *tit. D. de*

offic.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

offic. proconſ. & ad *Novel. præced.* Qua pœna hodie illi videantur puniendi, qui vel rebus alienis titulos privatos apponunt, vel rebus propriis imponant nomen Principis, de quib. §. 1. dixi ad *tit.* 15. 16. *& ſeq. Lib.* 2. *Cod.* Ne quidem ruſticani injuriis opprimendi ſunt, & Præſes, qui patitur injuriam, præſumitur corruptus. *c.* 9. *pr.* nec licet ſupremum judicem adire ordinario præterito. *d. pr.* Ubique juſtitia colenda eſt, quia nihil inter homines unquam exſtitit robuſtius aut pulchrius. *c.* 10. *& Nov.* 96. Qui Principis juſſui non paret, is Principis beneficiis excidit. *c.* 11. Non inhumanitas eſt, ſed potius ſumma eſt humanitas, caſtigare delinquentes, cum multi paucorum animadverſione ſalventur. *c.* 12. quod eſt juxta illud Ciceron. pro Cluent. pœna ad paucos, metus ad omnes. Pœnam illam patrocinant. de qua in *fin. d. pr.* dixi ad *tit. C. ne lic. potent.* De ſalario proconſ. de quo §. 1. dixi *ſup. aliquot.* Nihil Imperator detrectare debet pro ſubditis, etiamſi quid ad extremam pertingat difficultatem. §. 2.

De deſcript. quat. præſid. Armen.

TITULUS X.

NOVEL. CONSTIT. XXXI.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

Confuſio evitanda, & harmonia in provinc. inducenda eſt. *d. præfat.* An ſit è re vel commodo provinc. ut in ea ſit metropolis, & an præſtet, ut certa ſalaria præſidi conſtituantur, & an rectius à minore ſumma denegetur appellatio, de quib. *c.* 1. dixi *ſupra ſæp.* Ille optimus Imp. miniſter eſt, qui eſt frugi homo & ſuæ fuco inſerviens. *c.* 2. *pr.* In ſacerdotio priſtina forma retinenda videtur. §. 1. Unde haud improbabiliter alia diviſio Eccleſiar. alia Provinciar. colligitur. Magiſtratus vel præfect. militum non debet committere, ut milites in ſubditos Imp. injurii ſint. *c.* 3. cujus ratio eſt in *l.* 12. *C. de poſtlim. reverſ.* & apud *Lipſ. lib.* 5. *politic.*

Ne quis mut. dans agric. &c.

TITULUS XI.

NOVEL. CONSTIT. XXXII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

Imperatoris eſt curare, ut in ipſius imperio tollatur omnis impietas & omnis avaritia, & ne qnis fame vel lue intereat. *d. præfat.* Plura de famis acerbitate adjicere non neceſſitatis, ſed oſtentationis eſſe videtur. Videſis tamen *Gothof. ad d. præfat. & orat.* 7. *Ant. Æmilii* olim *colleg. conjunct. ſſ. Orat. incomparabil.* Ratio, cur in *d. c.* 1. creditor non poſſit tenere terram ſeu fundum agricolę oppignoratum pro mutuo, videtur ſpecialis in agricolis. *d. præfat. & tit. ſeqq.* Alioquin antichreſin licitam eſſe, dixi ad *l.* 11. §. 1. *D. de pign. & hypoth.* ſed legem commiſſor. in pignore illicitam eſſe, dixi ad *l. ult. C. de pact. pignor. & de leg. commiſſ.* Quotam autem modii partem creditor ſtipulari poſſit, vel quantas uſuras, vix hodie definire licet, ut *notat. ad tit. D. & C. de uſur.* Recte tamen Imp. habet rationem perſonar. & tempor. ſed pœna in epilogo *d. c.* 1. rectius hodie arbitraria eſt, ut *lat. alib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De his, qui mut. dant agricol.

TITULUS XII.

NOVEL. CONSTIT. XXXIII.

Hæc conſtitutio concepta fuit lingua latina, & coincidit cum *præced.* ſed loquitur de agricol. Illyrican. atque etiam de militibus creditoribus, quibus hic nullum privilegium contra dictos agricolas. Reliqua excuſſa ſunt ad *d. Nov. præced.* 32.

Nequis, qui agric. mut. &c.

TITULUS XIII.

NOVEL. CONSTIT. XXXIV.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

Hæc conſtitutio eſt exemplum latinum *Nov.* 32. ut conſtat ex lectione utriusque. An in *d. c.* 1. pro octava ſubſtituenda ſit vigeſima quarta, fruſtra quæri videtur, ut dixi ad *d. Nov.* 32. Videſis tamen *addit. apud Accurſ. ad d. c.* 1. *& Gothof. ad c.* 1. *d. Nov.* 32. *Cujac.* 3. *obſ.* 35. An jure Canon. hæc licita ſint, excuſſi ad *d. tit. D. de uſur. & alib.*

DE ADIUTORIB. QUÆSTOR.

TITULUS XIV.

NOVEL. CONSTIT. XXXV.

Hæc conſtit. prorſus deeſt in Græc. ſed eſt tamen epitome ex *Novell.* Juliani, ut teſtatur *Gothof.* Habent & noſtri quæſtores ſeu cancellarii ſuos adjutores, ſed pretium pro introitu ſeu inſcript. non eſt certum, ut *ſup. notat. aliquot.* Venditio militiæ, vel tranſlatio ad heredes hodie in uſu non eſt, ut *alib. lat.*

De ſucceſſorib. eor. qui in Afric.

TITULUS XV.

NOVEL. CONSTIT. XXXVI.

An dicta conſtitutio poſſit extendi ad ſimilem caſum, quando ſcilicet urbes vel provinciæ ab hoſtibus recuperatæ ſunt, fruſtra forſan hic quæritur, cum heredes veter. poſſeſſor. non tantum uſque ad tertium gradum, vel usque ad quinquen. repetere poſſint, ſed etiam ulteriores, modo probent, quod ſint proximi cognati, ut *dict. ad l.* 1. *D. de probat.* nulla etiam præſcript. temporis obſtante, ut ſolet caveri in articul. pac.

De Eccleſ. conſtit. in Africa.

Titulus XVI.

NOVEL. CONSTIT. XXXVII.

Pii Imp. officium eſt, bona ab Arianis & ſimilibus occupata veræ & orthodoxæ Eccleſiæ applicare, ſed ſub illa lege, ut dicta Eccleſia publicas penſiones conferat. *d. Nov.* 37. Quod hoc officium non ſit neceſſitatis, quodque Eccleſia Romana non ſit orthodoxa, dixi ad *l.* 16. *D de uſuf. leg. & ad Lib.* 1. *Codic. & alib. ſæp.* De baptizatione hæretici dixi ad *tit. C. de hæretic.* De tolerantia & domo hæreticor. dixi ad *l.* 3. *C. eod.* De aſylis Eccleſiar. dix ad *tit. C. de his qui ad Eccleſ.*

DE DECVRIONIB. & FIL. EOR.

Titulus XVII.

NOVEL. CONSTIT. XXXVIII.

PRÆFATIO.

Hodie nec dictam *præfat.* nec *tot. Nov.* uſum habere in decurionibus noſtris, ſeu ſenatoribus minor. civitat. notavi *& ad tit. Dig. & ad tit. Cod. de decurionib.* Juvat tamen quaſd. ſumm. colligere, & prima hæc eſto ex *d. præfat.* Maximæ dignitates regulariter excuſant ab officio vili & minus decoro. Facilius permittitur donatio quam venditio. An & quatenus donatio propt. nupt. ſit contractus, nec tamen donatio proprie, dixi ad *tit. de donat. & alib.*

Cap. I. & II.

Summa ex *c.* 1. quod curiæ novem uncias relinquit, quando curialis mortuus eſt abſque liberis, hæc eſto: curiæ à curialibus aliquid relinquendum eſt ad onera curiæ ſuſtinenda, niſi curiæ aliter proſpectum ſit, ut hodie. Poteſt ergo hodie decurio totam ſuam ſubſtantiam relinquere ipſi filio naturali, ut *dict. ad Nov.* 18. De actione ad ſupplement. legitimæ dixi ad *l.* 30. *C. de inoff. teſtam.* Quomodo portio non adeunt. hered. adcreſcat coheredib. adeuntib. dixi ad *tit. de adquir. vel amitt. hered.* An & quatenus filius ex concubina natus poſſit legitimari in teſtamento & etiam heres inſtitui, de quo caſu *d. c.* 2. dixi ad §. *ult. Inſt. de nupt. & ad tit. C. de natur. liber.*

Cap. III. & IV.

An & quando competat querela inoff. teſtam. & quando liberi exheredari poſſint, quo de caſu agitur in *d. c.* 3. dixi ad *tit. D. & C. de inoff. teſtam. & ad tit. D. & C. de liber. heredib. inſtit. vel exhered. & ad Nov.* 115. Quæ filia nubit decurionibus ſuæ patriæ, videtur majore privilegio digna, quam illa, quæ nubit alteri extraneo. *d. c.* 4. Reliqua inutilia ſunt, & ideo miror, cur de altera perplexitate ſuccedendi fuerit perplexus *Gothof.*

Cap. V. & VI.

Ratio, cur in *d. c.* 5. hominibns auferatur propriarum rerum diſpenſatio, addita eſt *ibid.* ſed hodie mutata Repub. non attenditur, ut *notat. ad d. c.* 1. & 2. An filius in *d. c.* 6. rectius ſequatur conditionem patris, dixi ad *l.* 29. *C. de decurionib. & alib.* Nulla ars toleranda adverſus publicum. *d. c.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De reſtitut. & ea quæ parit &c.

TITULUS XVIII.

NOVEL. CONSTIT. XXXIX.

PRÆFATIO.

SUmma Bartoli ad *d. præfat. & cap.* 1. hæc eſt: res reſtitutioni ſubjacentes vel ſubjectę alienari prohibentur, niſi propter cauſam dotis vel donat. propt. nupt. propter quas alienatio permittitur. Ratio primi membri perſpicua eſt ex voluntate teſtatoris, quæ tanquam lex ſervanda eſt. An ergo *art.* 5. *Ordonn. deciſoir Ordin. Ultraj.* minus juſtus videri debeat, dixi *alib.* Ratio ſecundi ſeu except. hæc vulgo dari ſolet, quia cauſæ dot. & donat. propt. nupt. ſunt favorabiles, ſed proprior deſumitur ex ipſa veriſimili voluntate teſtatoris, qui heredi in tali caſu alienationem permiſiſſe præſumitur, ut *lat. ad auth. contra. C. ad SCt. Trebellian.* Ratio, cur in *c.* 1. gravatus fideicommiſſo primo deducat legitimam, & deinde dot. vel donat. propt. nupt. ſi legitima non ſufficiat, deſumenda etiam videtur ex veriſimili voluntate teſtatoris ob favorem liberorum, ſed ut verum fatear, ſatis incerta eſt hæc præſumptio, ut *lat. ad auth. res quæ. C. comm. de legat.* Sane ad inſidias reſtitutionis vel ſubſtitutionis nullum augmentum dot. vel donat. propt. nupt. fieri debet. §. 1. *d. c.* 1. Male etiam ex *d. c.* probari, quod filius vel nepos gravatus deducat & legitimam & Trebellianic. ſatis apparet ex *præmiſſ.* ſed quid de jure Canon. & Moribus? Dixi ad *l.* 6. *C ad SCt. Trebell.* de quo hic nulla mentio fit.

CAP. II.

RAtio, cur in *d. c.* 2. ſoboles declaretur illegitima, quæ undecimo menſe poſt mortem prioris mariti nata eſt, ſolida dari non poteſt, niſi dicamus, leges fieri de caſibus frequenter evenientibus. *l.* 4. *& ſeqq. D. de legib.* ſed ſalva tamen exceptione, quando puerpera eſt honeſta matrona & nulla ſiniſtris ſuſpicionibus gravata. Quamvis ergo raro fiat, ut mulier poſt concept. pariat undecimo vel duodecimo menſe, tamen per ſe non eſt impoſſibile, ut plurib. exempl. & rationib. probat. in *not. Gothof. Accurſ. Aliorumque ad d. c.* 2. *& noſtr. ad l.* 3. §. 11. *D. de ſuis & legitim. heredib.* Reliqua de pœna mulieris, quæ intra ann. luctus nupſit, excuſſa ſunt ad *l.* 11. §. 1. *D. de his qui not. infam. & ad Nov.* 22.

Vt Eccleſia ſanctæ reſurrect. &c.

TITULUS XIX.

NOVEL. CONSTIT. XL.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

RAtio, cur in *d. præfat.* Eccleſiæ Hieroſolymitanæ liceat ſtipulari majores reditus, & in *c.* 1. liceat alienare ædificia circa civitat. Hieroſolym. ſita, deſumitur ex ſingulari favore iſtius loci. *d. præf. & c.* 1. Quomodo & quando hodie bona Eccleſiæ alienentur, dixi ad *Nov.* 7. An & quatenus jure Canon. & Moribus liceat ſtipulari reditus annuos vel uſuras, dixi *& ad tit. D. & ad tit. C. de uſur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De quæſtorib· id eſt, præſ. inſul.

TITULUS XX.

NOVEL. CONSTIT. XLI.

Hæc conſtitutio nihil aliud eſt quam epitome compilata ex *conſtit. Julian.* 38. *Gothof. & Accurſ. & Cujac. in indic. Regin.* Olim duplex erat quæſtorum magiſtratus, unus circa latus Principis, alter exercitui præerat. *d. Nov.* Quatenus tamen aliquo modo noſtris quæſtorib. applicari poſſint, dixi ad *tit. D. de offic. quæſtor.*

De depoſit. Anthimi & Severi &c.

TITULUS XXI.

NOVEL. CONSTIT. XLII.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

Res non ſit inſolita imperio, ſi Imp. depoſitos vel degradatos Epiſcopos ejiciat ex urbe, quum ſic divina & humana concurrant ad unam conſonantiam in ſententiis ſervandam. *d. præf. & capit. ſeqq.* An & quando libri hæreticorum igne comburendi ſint, & ſcribentibus manus amputandæ videantur, & hæretici in ſolitudine cedere debeant, rectius arbitrio judicis relinquitur, ut *nos lat. ad tit. C. de ſumm. Trinit. & ad tit. C. de hæretic.* An & quando quis anathemate dignus, aut hæreticus declarari poſſit, dixi ad *dd. titul. Cod. & ad jus Canon. paſſ.* Eccleſiæ vel Eccleſiaſtico ſenatui proprie non competere deportationem, ſed potius ſeparationem à communione Chriſtiana, ſignificavi *ibid.* Tutius ſaltem in pœna banni ob hæreſin, vel falſa dogmata adhiberi conſilium Theologor. aut Synod. aut Claſſis, notavi *itid. ſup. ſæp.* Magiſtratum etiam quandoque ſine auctoritate vel ſine conſilio Eccleſiaſtici Senatus ſeditioſos Epiſcopos vel Paſtores poſſe in exilium mittere, probavi in *not. & diſp.* ad *Lib.* 1. *Cod. & in not. ad jus Canon. ſæpiſſ.*

De officin. ſive tabern. Conſtant· &c.

TITULUS XXII.

NOV. CONSTIT. XLIII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

QUoniam apud Reformatos non fiant iſti ſumptus funerum, de quib. *d. præf. & cap.* 1. mirum non eſt, cur *d. Nov.* dicatur abrogata. Sed & ex illa ratione inutilis eſt, quia Eccleſiæ vel Eccleſiaſticæ perſonæ in Novo Teſtamento non debent videri immunes à vectigalib. ordinar. ut *nos lat. ad d. Lib.* 1. *Cod. & ad jus Canon. paſſ.* Recte tamen dixit Imp. in *d. c.* 1. nihil tam magno ſtudio, tamque ſerio affectandum, quàm ne novo quiſpiam vectigali oneretur, ut *lat. ad tit. C. de vectigal. nov. inſt.* preſertim ſi loquamur de illis, qui propriis laborant manibus, & uxores ac liberos alunt &c. *d. c.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De tabellionib. & ut protoc. &c.

TITULUS XXIII.

NOVEL. CONSTIT. XLIV.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

SUmma Angeli ex *d. præfat. & capit. ſeqq.* hæc eſt: Tabellio à partibus rogatus debet per ſe audire negotium, & ipſemet ſcribere, nec alicui delegare poteſt. In urbe tamen Conſtantinopol. duo ſpecialia circa tabell. officium exercentur. Accedat huic noſtra hæc ex *præfat.* judex debet cuncta rimari, & ſedulo in negotii veritatem inquirere. *d. præfat. & c. judicant. cauſ.* 30. *q.* 1. Plura de appellat. tabellion. videre licet in *noſtr. ad tit. C. de tabular. & ſcrib.* An ſcribendum ſit protocola an protocolla, nihil ad me vel meum inſtitutum attinet. Videantur *Lexic. ad verb. protocol.* Idem ſentio circa vocabulum ſtationis, quæ hic pro munere ſumitur. Summa ex §. 3. *d. c.* 1. hæc quoque eſto: nihil tam certum, quod non poſſet vocari in dubium, ſed melius eſt pauca agere caute, quàm multis intereſſe periculoſe. Summa ex *c.* 3. hæc eſto: Tabellionum protocola debent habere diem & conſul. vulgo **dagh en datum**. An etiam nomina Comitis ſeu Principis reguantis continere debeant, dixi ad *proœm. Inſt. & alib.* Addantur inſtruction. Notarior. quæ apud varios Auctor. exſtant.

Vt non liber, curial. fort. &c.

TITULUS XXIV.

NOVEL. CONSTIT. XLV.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

HOdie curialem illam fortunam ſeu ſervilem conditionem decurionum, de qua *d. præf. & d. c.* 1. in noſtris decurionibus vel Magiſtratibus minoribus minime ſervari, notavi *ſæp. ad tit. de decurionib. & alib.* & ideo Judæi aut Samarit. aut ſimiles plane à decurionatu arcentur, ut *lat. ad l.* 5. *C. de judæ. & cœlicol.* Et mirum hic fuit jus Roman. quod dedit curialibus privilegia, licet ſtatus eorum videatur vilis aut ſervilis. Et quæ ratio quæſo, cur judæi contra orthodoxos decurion. poſſint teſtimonium dicere? Videtur reſpondere dicta epigraphe ſeu inſcriptio, quia & pro orthodoxis in cauſis politicis teſtimonium perhibere queunt. Sed hæc arguendi ratio, de qua ad *l.* 23. *D. de teſtib.* hoc in caſu admitti non debet, quum Judæorum teſtimon. contra Chriſtianos haud immerito ſuſpectum videri debeat, ut & hæreticorum contra orthodoxos, niſi forſan adhibeantur in defectu alior. teſt. ut *lat. ad l.* 7. *D. de teſtib. & tit. C. de heretic.* Si hæreticus non audiatur contra orthodoxum, ut *dict. ad l.* 21. *C. de hæretic.* cur judæus contra orthod. decurion.? Interim arbitrium judicis non excludimus. *Menoch. de arbit. jud. quæſt.* nec turpitudo aut vilitas vitæ excuſat. ab onerib. Reipub. *d. Nov.* 45. de qua *lat. ad tit. D. & C. de decurionib.*

COLLA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

COLLATIO V.
De Eccleſiaſticar. rer. immob. &c.

TITULUS I.
NOVEL. CONSTIT. XLVI.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

QUoniam *d. præf. & cap. ſeqq.* ſeu tota *Nov.* nullum fere apud Belgas habeat uſum, ut *notat. ad l. 14. C. de SS. Eccleſ. & ad Nov. 7. & alib.* ideo ſolummodo ſummam Angeli, quæ etiam coincidit cum ſumma *Bart.* adſcribere lubet. Rei, inquit, immobilis Eccleſ. alienatio & in ſolutum pro debito fiſcali conceſſio permittitur, ſi ex mobilibus ſatisfieri non poſſit, modo tamen Epiſcop. & Cleric. conſenſus accedat. Sed pro debito privato duntaxat in ſolutum datio conceditur, except. immobilib. Eccleſ. Conſtant. &c. An ergo *d. Nov. 46.* correcta ſit quoad decretum judicis per *Nov. 120.* nullus inquiro. Hodie ſaltem opus eſſe decreto judicis in bonis ipſi veræ Eccleſiæ relictis, *notat. ad d. l. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. & alib.*

Vt præponat, nomen Imp. &c.

TITULUS II.
NOVEL. CONSTIT. XLVII.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

DE præfatione, quæ in inſtrument. præmittenda eſt, latius *Julian. conſtit. 72.* Sed nomen Chriſti non neceſſario præmitti, dixi ad *proœm. Inſt. & alib.* An ergo nomen Imperatoris? Nequaquam, licet ex conſuetudine præmitti ſoleat, cum illa præmiſſio fiat ex ſolennitate, non vero ex neceſſitate. Etenim per ſe non eſt de ſubſtantia inſtrumenti, niſi lex pro ſubſtantia requirat. Quod tamen rectius fieret ſub pœna pecuniaria, quam ſub pœna nullitat. teſtam. ut *lat. ad l. 1. C. de fid. inſtrument. & alib.* Idemne dicendum de indict. ann. menſ. & diei? Vide *not. noſtr. ad tit. Cod de indict.* Honeſtum ergo eſt, ut requirantur aliquæ ſolennitates, & abſurdum eſt, ut in documentis temporum non exprimatur tempus. *d. præfat.* ſed hoc bonum publicum facile Imp. obtinebit, ſi in negligentes ſtatuat pœn. pecuniar. gravior. Cum eodem temperamento accipe *cap. 2.* ubi tempora, quæ latinis literis deſignantur, apertius ſcribenda ſunt. Hodie plerumque utimur literis ſeu numeris arithmeticis, vulgo **tijffer letteren.**

De jurejur. à morient. præſt. &c.

TITULUS III.

NOVEL. CONSTIT. XLVIII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

BArtoli ſumma explicans *d. Nov.* hæc eſt: jusjurandum à moriente præſtitum, in quo ſubſtantiæ ſuæ menſuram fecit manifeſtam, inter heredes ſervandum eſt, ſed creditoribus non præjudicat. Ratio vero, cur dict. jusjurand. præjudicet heredibus, haud obſcura eſt in *fin. pr. d. c.* 1. Ratio, cur creditoribus non noceat, cuilibet obvia eſt. Adde *not. noſtr. ad l.* 5. 6. *& auth. ſeq. C. de probat. & ad l.* 3. *D. de jurejur.*

De his, qui ingred. ad appellat. &c.

TITULUS IV.

NOVEL. CONSTIT. XLIX.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

HOdie illud tempus anni vel ex cauſa bienni ad appellation. inſtitutam proſequendam competens in *d. præfat. & d. cap.* 1. non ſervari in Belgio, ſed varium in variis Curiis, ſalva tamen reſtitut. in integr. ſi neglectum ſit, notavi *ſæp. ad tit. D. quand. appell. & ad tit. C. de temp. appellat.* Summa tamen ex *præfat.* hæc eſto: plerumque turbat varietas emergent. cauſar. quæ etiam ſubtili obſervatione cauta ſunt. An & quatenus venti contrarii excuſent à mora, arbitrarium cenſeo. Summa ex *c.* 1. hæc eſto: Expenſæ, quibus ſe damnificavit abſens vel negligens omnino ſolvendæ ſunt. An dies appellat. inſtit. vel proſeq. recte dicantur fatales, fruſtra quæritur apud *Gothof. ad d. c.* 1. ſcilicet verba valent uſu, de fatalia zijn verlopen/ſed facile indulgetur reſtitutio in integr. vulgo in cas relief d'appel; quia nemini temere debet denegari defenſio, cujus ſpecies appellatio eſt *l.* 1. *D. de appellat.* Ordinis tamen gratia recte certa tempora appellat. & ſupplicat. ſtatui, notavi *ſup. ſæp.*

CAP. II. & III.

RAtio, cur in *d. c.* 2. comparationes literarum inſtitui poſſint etiam ex documentis privatis, quando adverſarius illis pro ſe utitur, adjecta eſt *ibid.* Unde illud tritum: ſemel probatum, non debet amplius improbari, ut *lat. ad l.* 22. *D. de judic.* Ratio, cur apochæ ex archivis vel arca publica valeant ad comparationes, licet non ſint conſcriptæ à tabellionib. vel confirmatæ ſubſcript. trium teſt. vulgo hæc datur; quia comparantur inſtrumentis publicis. Sed verior hæc videtur; quia omnis comparatio admittenda eſt ad veritatem indagandam *d. c.* 2. *in fin. & lat. ad l.* 20. *C. de fid. inſtrum.* De juramento calumniæ, quod vel comparator literar. præſtat, vel actor vel reus, dixi ad §. 1. *Inſt.*
de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

de pœn. tem. litigant. & ad tit. C. de jurejur. propt. calumn. Lubet tamen hanc ſummam ex §. 1. adjicere: in eodem negotio, vel generaliter prohibitum eſt, crebro ab eodem jusjurandum exigere. Ratio eſt in *l.* 8. *pr. D. de condit. inſtit.* ubi *lat.* An & quando tamen neceſſitas exigat dict. jusjur. de calumn. videtur arbitrio judicis relinquendum; & ideo fruſtra quoque quæritur, an clericis remiſſum ſit. Videſis tamen *Canoniſt. ad c. pen. de juram. calumn. in* 6.

Conſtitutio ad bon. quæſt. &c.

TITULUS V.
NOVEL. CONSTIT. L.

PRÆFATIO.

HAnc *præfat.* ſeu *ipſ. Nov.* 50. proprium jus populi Romani continere, apparet tùm ex dicta *inſcript.* tum ex *Nov.* 41. Juvat tamen unam atque alteram ſummam colligere. Prima hęc eſto: ſubditi non debent cogi hyemis tempore appellare, præſertim ſi maria peragranda ſunt, & cauſę ſint levioris pretii. Altera ex §. 1. hæc eſto: lex ordinanda eſt, ut cum majore & grandiore diligentia & auctoritate cauſæ exercetantur. Plura de appellat. *ſup. & inf.*

Scenic. non ſol. ſi fidejuſſ. &c.

TITULUS VI.
NOVEL. CONSTIT. LI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

RAtio, cur in *d. Nov.* vel *d. præf. & d. c.* 1. mulieres ſcenicæ poſſint tutò diſcedere ex ſcena vel turpi vita, licet dederint fidejuſſores, vel etiam juraverint, ſe permanſuras ſcenicas, haud obſcura eſt in ipſa *d. Nov.* 81. quę ſimilis eſt axiomati Theolog. male juratum pejus ſervatur, & *cap. non eſt obligat. ext. de jurejur.* Sane ſi ſcenica tantum laboret turpitudine quadam civili, non vero naturali, haud dubie jusjurand. obligat ſaltem in foro conſcientiæ, ut *lat. ad Nov.* 14. *de lenonib. & alib.* Reliqua de pœnis hodie arbitraria ſunt, ut *lat ad tit. D. & C. de pœn.*

Vt non fiant pignorat. &c.

TITULUS VII.
NOVEL. CONSTIT. LII.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

NObilis ſumma breviter explicans Bartoli hæc eſt ex *d. Nov.* 52. Nulli licitum eſt ſecundum formam pignorationis exigere alium pro alio. Item ſicut donatio facta à Principe privato inſinuatione non indiget, ita nec econtra. Ratio primi membri minime obſcura eſt in *d. c.* 1. Ratio ſecundi membri indicatur ex æquitate in *d. c.* 2. latius excuſſa ad *l.* 31. *C. de donat. &* §. 2. *Inſt. de donat.* Pœnam quadrupli, de qua *c.* 1. abrogatam eſſe, notavi ad *l.* 4. *& auth. ſeq.* quæ ex *d. c.* 1. deſcripta eſt, *Cod. ne ux. pro marit.* Plura de his pignorat. quæ vulgo repreſaliæ dicuntur, vel clarigationes, *vel lettres vel droict. de marque*, vide apud *Gail. tract. de pign. c.* 1. *Bart. de repreſal. nos ad tit. C. ut null. ex vican. & ad auth. habit. C. ne fil. pro patr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De exhibend. & introd. reis &c.

TITULUS VIII.

NOVEL. CONSTIT. LIII.

PRÆFATIO.

& CAPIT. I. & II.

DE jure evocationis, deque reis exhibendis & tranſmittendis, de quib. *d. præf. & d. c. 1. & 2.* dixi ad *l 58. D. de judic. & ad l. 7. D. de cuſtod. & exhibit. reor.* ex quibus conſtat, quod dicti *text.* maxima ex parte abrogati cenſeantur, ut etiam hic notavit *Groeneweg. & nos etiam ad auth. quod fieri.* (quæ deſumpta eſt ex *d. c. 1.*) *Cod. de dilat.* De diebus, intra quos actor vel reus alioquin ſe ſiſtere debeat, de effectu & pœna contumaciæ, deque expenſis aliquando jurejurando rei vel actoris æſtimandis aut taxandis auctoritate judicis, dixi ad *Lib. 2. & 5. D. & Lib. 3. Cod.* Quanquam evocationes quandoque licitæ videri poſſint, ut *dict. ad d. l. 58. D. de judic. & ad cap. 56. ext. de appellat.* tamen iſtæ ſatiſdat. vel fidejuſſiones actoris, de quib. *c. 2.* loquitur, in uſu non ſunt, ut *dict. ad d. auth. quod fieri. C. de dilat.* ſalvo tamen arbitrio judicis, quod nuſquam excludimus.

CAP. III. & IV.

DE iſtis dieb. 20. quæ reo dantur, poſtquam in jus vocatus eſt, & ipſi libellus conventionis oblatus eſt, de quib. *tot. dict. c. 3.* dixi ad *auth. offerat.* (quæ deprompta eſt ex *d. c. 3.*) *Cod. de lit. conteſtat.* ubi regulariter tantum 14. dies competunt; ſed ſalvo arbitrio judicis, ut *ſup.* Quoniam *d. c. 4.* repetitum eſt in *auth. & qui jur. C. de bon. auctor. jud. poſſid.* atque adeo à nobis excuſſum, ne acta agere videamur, præſertim in inutilibus & abrogatis, remitto Lector. ad *not. noſtr. in d. auth.* Regula vel doctrina tamen hæc ex *pr. d. c. 4.* eſſe poteſt: judex petitus regulariter repudiari non poteſt, nec actor torquendus eſt nimiis dilationibus reo conceſſis aut concedendis. Qua pœna puniendus ſit, qui non comparuit, licet jurato promiſerit, ſe venturum eſſe, dixi ad *l. 13. §. ult. D de jurejur.* Fugitivus præſumitur fovere malam cauſam, ut *lat. ad l. 15. C. de probat. & tot. tit. C. de fugitiv.*

CAP. V. & VI.

RAtio, cur in *d. c. 5.* creditor, qui credidit in militiam, præferatur aliis creditoribus, data eſt in *not. noſtr. ad auth. quod obtin. C. de pign. & hypoth.* quæ ex *d. c. 5.* deſumpta eſt. Reliqua de variis generib. milit. deque vendit. milit. inutilia ſunt, ut *lat. ad tit. C. de privileg. ſcholar. & paſſ. in trib. Libr. poſter. Cod.* Reliqua de ſucceſſione liberor. & uxor. excuſſa ſunt in *noſtr. ad l. ult. C. qui pot. in pign.* Ratio, cur in *d. c. 6.* mulier indotata concurrat cum liberis defuncti mariti vel in quart. part. vel in viril. pro numero liberor. data à nobis eſt ad *auth. præterea. C. und. vir. & ux.* quæ ex *d. c. 6.* deprompta eſt. An ergo in viro *d. c. 6.* corrigitur per *c 5. Nov. 117?* Vide *diſp. noſtr. ad d. auth. & not. ad d. c. 5.*

Conſtitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Conſtitution. quæ ex adſcript. &c.

TITULUS IX.

NOVEL. CONSTIT. LIV.

PRÆFATIO.
& CAPIT. *ſeqq.*

QUoniam *d. præf.* cum *cap.* 1. *&* 2. ſeu tota *Nov.* inutilis eſt, ideo ſummam Angeli tantum adjicere lubet: natus ex adſcriptitio & libera poſt hanc leg. liber eſt. Item una Eccleſia poteſt cum alia permutare immobilia decreto metropolit. jurejurando præſtito, quod tales permutatio utrique utilis ſit, except. Conſtantinop. Plura de adſcriptit. ſi quis ſcire deſiderat, ille adire poteſt *tit. C. de agricol. & cenſit.* De permutatione rer. Eccleſiaſticar. dixi ad varias *Nov. præced.* puta 7. 40. 46. *& ad auth. Item. C. de SS. Eccleſ.* quæ ex *d. c.* 2. deſumpta eſt, & ad *l.* 14. *C. eod.*

Vt de cœtero commutat. Eccleſ. &c.

TITULUS X.

NOVEL. CONSTIT. LV.

PRÆFATIO.
& CAPIT. I. & II.

UT breviter etiam conſtet de ſenſu *d. præfat.* cum *ſeqq. duob. capit.* id eſt totius *Nov.* 55. quæ uſum non habet, lubet adjicere ſummam *Bart.* quæ hæc eſt: Eccleſia cum Principe permutare poteſt, ut res apud Principem perpetuo permaneant, nec veniant ad privatos, his etiam in futuris caſib. obtinentib. Item Eccleſiæ ad invicem in perpetuam emphyteuſin dare poſſunt, excepta Eccleſ. major. Conſtant. Sane ſi res Eccleſiaſticæ alienari poſſint in Imp. ergo & in privatos; quia præcipua ratio deſcendit ex ipſa veriſimili voluntate teſtatoris, quę toties permittere præſumitur alienationem, quoties alienatio fit cum utilitate Eccleſiæ, ut *lat. ad l. ult. C. de reb. alien. non alienand.*

Vt ea quæ voc. inſinuat. &c.

TITULUS XI.

NOVEL. CONSTIT. LVI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

MIrum hoc jus profecto, quod in *d. præf. & c.* 1. conſtitutum eſt contra clericos major. Eccleſ. & ideo nonnulli reſpondent, quod ſit juxta conſuetudinem. Sed hoc non tollit iniquitatem, qua ipſa conſuetudo ſaltem iniqua eſſet, qua cautum eſt, ut clericus novo clerico aliquid ſolveret pro inſinuatione ſeu inſcript. Gratis accepiſti, gratis dato, ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ſic ſaltem loquuntur illi, etſi per me liceat, ut mercenarius ſit dignus mercede ſua. Hodie illa ſpiritualia bona ceſſant, de quib. *dict. præcept.* loquitur, & ideo vix aliqua Simonia metuenda eſt. Si tamen dicta conſtitutio uſitata eſſet (ut ſcilicet Sacerdotio privarentur, qui aliquid inſinuativum aut ſimile pretium dederunt) pauci, inquit *Gothof.* hodie ſacerdotes eſſent.

Vt clerici, qui reced. al. proc. &c.

TITULUS XII.

NOVEL. CONSTIT. LVII.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

QUomodo hodie quis in noſtris Eccleſiis reformatis in locum ejus, qui vel paſtorat. vel diaconat. deſeruit, ſurrogetur per aliam nominationem Senat. Eccleſiaſtic. & ad probationem Magiſtratus, dixi *ſæp. ad Lib.* 1. *Cod. & paſſ. ad jus Canonic.* Hic ſit uſus *d. c.* 1. ex quo tamen & illa regula, quod unius fraudatio non debeat eſſe alterius lucrum. Succeſſio in emolumenta deſertoris hodie à Magiſtratu dependet, ut conſtat ex *dd. loc. hic allegat.* Ratio, cur in *c.* 2. fundatores Eccleſiar. Clericos ſive Paſtores aut Presbiteros aut Diaconos conſtituere non queant, hæc videtur; quia non poſſunt de dotibus aut ſanitate fidei judicare. Sed cur ergo præſentare poſſunt? Scilicet aliquod jus fundatoribus in ſignum grati animi concedendum videtur, ut *lat. ad tit. de jur. patron. in* 6. In contrarios Auctores magna indignatione invehitur *Groen. ad d. c. ult.* Adde tamen *Ameſ. de conſcient. lib.* 4. *c.* 25.

Vt in privat. domib. &c.

TITULUS XIII.

NOV. CONSTIT. LVIII.

PRÆFATIO.

RAtio, cur in privatis domibus non liceat celebrare ſacra myſteria. *d. præf.* vel *Nov.* puta ſacrum baptiſmum vel ſacram cœnam Domini, hæc dari poteſt; quia iſti ſacri actus ſua natura requirunt totum cœtum Eccleſiaſticum, & privatim facti non ędificant. An tamen in caſu neceſſitatis vel mort. inſtant. in conſolation. parentum quandoque baptiſmus inſtitui poſſit, licet nulla perſecutio ſit, Theologis diſcutiendum relinquo. Vide etiam *Groenew. ad d. Nov.* 58. *& nos ad c.* 1. *c.* 11. *de conſecrat. diſtinct.* 1. *& alib.*

De debita impenſ. in exeq. &c.

TITULUS XIV.

NOVEL. CONSTIT. LIX.

PRÆFATIO &
CAPIT. *ſeqq.*

HAnc *Novell.* localem eſſe vel abrogatam, ſignificavi ad *Nov.* 43. *& ad tit. Dig. & Cod. de religioſ. & ſumpt. fun.* Sed ne plane inutilis videatur, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi propter Majeſtat. jur. Rom. ſummas vel doctrinas excerptas in lucem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

lucem proferrem. Prima hæc eſto ex *d. præfat.* bona jura corrupta à Principe emendanda ſunt. Sed male tamen circa impenſ. quæ in exequiis fiunt, ut *probat. ſup.* Illa ergaſteria, de quib. *c.* 1. ſunt officinæ fubrorum aut tabernæ mercium, ex quib. exequiæ celebrari poſſunt. Olim elationes funerum fiebant ſumptibus Eccleſiæ. *c.* 2. Quinam ſint lecticarii ſeu copiatæ, quænam aſcetriæ vel canonicæ, vide apud *Gothof. ad d. c.* 2. & apud *Auctor. lexicon.* Quales uſuras, de quib. *c.* 3. hodie noſtri Xenodoch. œconomi præſtent, quando fuerunt in mora contra utilit. Xenodoch. ſignificavi *ſup. ſæp.* An & quando ab officio poſſint expelli, de quo caſu *c.* 4. dixi etiam *ſupra aliquot.* Pro ratione temporis & laboris impenſæ ſolvendæ ſunt *c.* 5. Sepulturæ debent eſſe mediocres, vel circa ſepulturas oporter mediocriter munificum eſſe. *c.* 6. Imperatoris eſt curare, ut omnia honeſte fiant circa exeq. defunctor. *c.* 7. Sed an hæc & ſimilis conſtitutio obliget ſucceſſores, magnæ quæſtionis eſt, teſte *Gothof. ad d. c.* 7. ſed hodie ſatis conſtat, quod non obliget. Adde *not. noſtr. ad l.* 1. *D. de conſtit. princip.* Imperantium ſalus expoſtulat, ut pios actus omnino ad effectum perducant. *d. c.* 7.

Vt defuncti ſeu funera &c.

TITULUS XV.

NOVEL. CONSTIT. LX.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

QUanquam prima pars *Nov.* poſſet videri excuſſa in *auth. Item qui, & ſeq. C. de ſepulchr. viol.* juvat tamen quaſdam ſummas repetere aut colligere, & primo ex *d. præfat.* multitudo legum imputanda eſt multitudini actionum & caſuum de novo emergent. Reliqua excuſſa ſunt ad *tit. C. ut nemini liceat ſine judic. ſignac. imp.* Regulariter creditores prohibentur mortuis aut moribundis injuriam facere. *c.* 1. cujus ration. & exception. indicavi ad *dd. auth.* Excuſſio *c.* 2. etiam poteſt videri facta in *noſtr. ad auth. adhæc. C. de judic.* quæ ex *d. c.* 2. deſcripta eſt; quamque hic *Groen.* dixit abrogatam eſſe, ſed cum temperamento intelligendus eſt, ut *nos lat. ad d. auth.*

Vt immobil. antenupt. &c.

TITULUS XVI.

NOV. CONSTIT. LXI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

RAtio, cur in *d. præfat. & c.* 1. res immobiles propter nuptias donatæ non poſſint alienari per maritum, licet mulier conſentiat, adjecta eſt *ibid.* ſed debilis & nullo modo admittenda, ut plurib. contrar. fortiorib. probavi ad *pr. Inſt. quib. alien. lic. & auth. ſive à me Cod. ad SCt. Vell. & auth. permiſſa C. de donat. ant. nupt.* Et ſane, ſi mulier poſt biennium poteſt efficaciter conſentire. *d. c* 1. §. 1. cur non etiam ante biennium, ſi conſtet de ſeria & certa voluntate mulieris? Moribus ſaltem plerarumque Gent. mulierem in ipſam alienationem rer. dotal. conſentire poſſe, notavi ad *dd. text. & ad tit. D. de fund. dot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De ordine Senator. ut in quib. &c.

TITULUS XVII.

NOVEL. CONSTIT. LXII.

TOtus Senatus cauſas appellationum audire debet. *d. Nov.* Quinam hodie ſint appellationum Senatores in unaquaque Provincia, dixi ad *tit. de appellat.* Sed propius cum Senatorib. Roman. de quib. hæc *Nov.* comparantur in Hollandia deputati illi Senatores, vulgo **de Gecommitteerde Raeden**/ quorum conſultationes ab Ordinibus tanquam ab Imp. adprobantur. Silentio conventus ineſſe videtur. *d. Nov.* Aliam applicationem *d. Nov.* videre licet in *noſtr. ad* §. 5. *Inſt. de jure nat. gent. & civil.* Plura de Senatorib. vel SCt. videſis in *not. noſtr. ad tit. D. de Senat. & apud Hotom. & Manut. de Senat.*

DE NOVI OPER. NVNCIAT. &c.

TITULUS XVIII.

NOVEL. CONSTIT. LXIII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

SIve *d. Nov.* accipiatur de aſpectu maris in urbe Conſtant. ſive in provinc. non tollendo, niſi per ædific. quod per cent. ped. abeſt à domo vicini, propria tamen erit populi Romani, ut *notat. ad l.* 11. *& ſeqq. C. de ædific. privat.* Sit igitur ſumma, ex *præf.* hæc: aſpectus maris, quæ res gratiſſima eſt, non temere debet impediri. Quemadmodum non licet alienum rapere, ita nec licet impedire proſpectum. *d. c.* 1. Hinc nec in Civit. Ultraject. poteſt vicinus vicino lumen aut uſum ſolis auferre, niſi per ædificium in forma. *art.* 5. *rubr.* 27. *Coſtuym. van Utr.* ne forſan alias facile locus daretur injuriis aut invidiæ. Pœnas in *d. c.* 1. hodie arbitrarias eſſe, notavi *ſup. ſæp.* De malo vicino, de quo in *fin. d. c.* 1. dixi ad §. *fin. l.* 35. *D. de cont. empt.* De ipſa novi oper. nuntiat. dixi ad *tit. D. de oper. nov. nuntiat.*

De hortulan. Conſtant. urb.

TITULUS XIX.

NOVEL. CONSTIT. LXIV.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

HAnc *Nov.* localem eſſe, evincunt tum inſcriptio, tum *dd. capit.* ſed ne plane abrogata videatur, licet hoc ſcripſerit hic *Groen.* juvat ex ea quaſdam regulas aut doctrinas colligere. Prima hæc eſto: meliorationes neceſſarias vel utiles hortulani, vel alii coloni repetere poſſunt, de quib. *nos lat. ad l.* 55. §. 1. *& l.* 61. *D. locat.* Eodem modo, quo hortulanus vel alius colonus accepit hortum aut fundum, tenetur eundem reddere. *d. c.* 1. Imperatori paritas curæ eſſe debet, ne alterutra pars injuria afficiatur. *d. c.* 1. *in fin.* Curare quoque debet, ut in dictis meliorationibus ſeu emponematibus omnis calliditas abſit. *c.* 2.

Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt terrulæ aut domus &c.

TITULUS XX.
NOVEL. CONSTIT. LXV.

Hæc Conſtit. localis eſt, ut diſerte in *pr.* dicitur, ſed quia dicere ſoleo, nullam fere legem vel conſtitut. in corpore noſtro occurrere, quin aliquid utilitatis contineat, lubet hoc & hic probare per aliq. regulas, quæ ex *d. Nov.* colligi poſſunt. Prima hæc eſto: res Eccleſiæ (ſcil. veræ & orthodoxæ) relictæ, vel pauperibus aut captivis redimend. regulariter alienari non poſſint, niſi ipſe teſtator aliter diſpoſuerit, ut *ſup. notat. ſæp.* Contumax ita demum condemnandus videtur, quando malam cauſam habuit. *d. Nov. in fin.* de quo *nos lat. ad l. 73. D. de judic. & l. 53. D de re jud.*

VT FACTÆ NOVÆ CONSTIT. &c.

TITULUS XXI.
NOVEL. CONSTIT. LXVI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

AN *d. Nov. 66.* ex inſcript. generalis generaliter ſit intelligenda, an vero ſpecialis ſit ex *c. 1.* propter favorem ultimar. voluntat. parum attendo; quia jure Canon. aut ſaltem Morib. Belg. & Gall. illud tempus duor. menſ. non ſervatur, ſed obligat nova lex, poſtquam inſinuata vel publicata eſt, ſed ſalva probabili abſentia vel ignorantia, ut *nos lat. in diſp. ad* §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Reliqua de quadrante aut legitima relinquenda liberis, & de nomine heredis ſubſcribendo, excuſſa ſunt ad *tit. Inſt. de inoff. teſtam. & ad tit. Inſt. de teſtam. ordin. & ad Nov.* 18. *& ad Nov.* 119. *c.* 9. An ex *pr. d. c* 1. recte probetur, quod in tabellione requiratur peritia juris, fruſtra quæri videter, cum hodie non requiratur, licet non male requiri poſſit. An ex ignorantia præſumatur factum, & non in contemptum legis, quod illico factum eſt poſt evulgationem legis vel ſtatnti, rectius arbitrio judicis relictum videtur, & ſic intellige §. 4. *d. c.* 1.

VT NVLL. FABRIC. ORAT. &c.

TITULUS XXII.
NOVEL. CONSTIT. LXVII.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

HAnc *tot. Nov.* Belgis inutilem eſſe ſaltem quoad generalem intentionem Imp. manifeſte canſtat ex *noſtr. præmiſſ.* ſeu *dict. ſæp.* Sed ex ipſo ſtarquilinio quandoque gemmæ. Sit ergo hæc doctrina ſeu ſumma ex *d. præf.* plurimi fabricant Eccleſ. vel orator. nominis cauſa, quod impedien-

impediendum eſt. Ex *cap.* 1. hæc eſto: nulla orationis domus vel templum inchoari debet ſine prævia oratione Epiſcoporum aut Paſtorum. Hodie etiam adhibendam eſſe permiſſionem Magiſtratus loci, notavit hic *Groen. nos alib. ſæp.* An verba *fin. d. c.* 1. poſſint torqueri in ædificatores Eccleſ. Roman. ſignificavi haud uno in loco ad ad *jus Canonic. & Lib.* 1. *Cod.* Summa ex *c.* 2. hæc eſto: qui ædificant eccleſ. vel alia pia loca, prius definire debent, quæ ad eorum conſtitutionem & conſervationem pertinent. Hoc, inquam, opus ſeu negotium politicum eſt, & ad vigilantiam Magiſtratus ſpectans, ne Reſpub. vel Civitas damnum patiatur.

CAP. III. & IV.

IMperatoris eſt curare, ut Epiſcopi reſideant in ſuis Eccleſiis. *d. c.* 2. ubi vagi non ſunt alendi expenſis Eccleſiæ, quarum cura pertinebat ad œconomos. *d. c.* 3 Hodie quæſtores bonor. Eccleſiaſtic. tantum ſolvunt Paſtoribus certos reditus, aut certum ſalarium auctoritate Magiſtratus conſtitutum. An & quando Oeconimi vel Adminiſtratores bonor. Eccleſiaſt. vel Xenodoch. & ſimil. de quib. *c.* 4. poſſint dicta bona immobilia alienare, dixi ad *Nov.* 46. *& l.* 14. C. *de SS. Eccleſ. & alib. ſæp.*

Vt conſtit. ſacratiſſ. Imp. &c.

TITULUS XXIII.

NOVEL. CONSTIT. LXVIII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

HOdie nec *conſtit. Leon.* de qua fit mentio in *d. Nov.* 68. nec ipſam *conſtitut. Juſtin.* attendendam eſſe circa ſecund. nupt. & nuptial. lucra, notavi *ſup. ad Nov.* 2. *&* 22. *& ad l.* 3. *&* 6. *C. de ſecund. nupt.* Ratio alioquin *d. c.* 1. in promptu hæc eſt; quia ſublatis liberis prioris matrimonii, ſublata etiam videtur pœna ſecund. nupt. & ideo pactum de lucro nuptiali in caſu apædiæ ſive non exiſtent. liberor. omnino valet. Plures *d. l.* 3. except. videre licet in *not. & repet. noſtr. ad eand.*

Vt omn. obed. judicib. &c.

TITULUS XXIV.

NOVEL. CONSTIT. LXIX.

PRÆFATIO.

& CAP. I. & II.

QUinam ſint hodie ordinarii judices in cauſis criminalibus vel civilibus in provinciis vel civitatibus vel pagis, dixi ad *Nov.* 8. 9. 12. *& ad tit. C. ubi de crim.* De evocat. reor. ex alio territorio dixi ad *Nov.* 53. *& alib. ſæp.* Summa tamen ex *d. præf.* hæc eſto: Juſtitia eſt omnium virtutum perfectiſſima, quæ à fortitud. & cœter. virtutibus diſtinguitur. Ergo male nonnulli DD. ex *d. præf.* probant, quod ibi definiatur juſtitia univerſalis, quæ nihil aliud eſt, quam ipſa fortitudo, temperantia &c. & ideo non diſtinguitur ab aliis virtutibus, ſed cum illis coincidit, ut vel ex illo trito carmine conſtat: juſtitia in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

in ſeſe virtutes continet omnes. Pejus tamen ſentiunt, qui ex *d. præfat.* probari exiſtimant, juſtitiam univerſalem definiri in *l. 10. D. de juſtit. & jur.* vel in *pr. Inſt. eod.* Reus ibi ſortitur forum, ubi deliquit, *c. 1. §. 1.* de quo *lat. ad l. 1. & auth. ſeq. C. ubi de criminib.* Dilatio pro diſtantia locorum indulgenda eſt. *d. c. 2.* Cœterum hodie dilationes arbitrarias eſſe, notavi ad *tit. D. & C. de dilat.* Quomodo procedatur contra reum præſentem vel procuratorem ejus, dixi *ſup. ſæp.*

CAP. III. IV.

Quomodo procedatur contra abſentem & contumacem, de quo *d. c. 3.* dixi ad *l. 68. & ſeqq. D. de jud. & ad tit. C. de reb. auct. judic. ad tit. D. quib. cauſ. in poſſeſſ. & ad d. tit. C. ubi de crim.* De cautione judicio ſiſti aut de cautione judicat. ſolv. ad *tit. D. qui ſatiſd. cog. & ad tit. judicat. ſolv.* Fori præſcriptio non temere concedenda, nec evocatio, niſi per pragmatic. ſeu ſpecial. conſtitutionem. Sed quod datum eſt Præſidib. provinciar. non etiam per omnia conceſſum eſſe Curiis Provincialib. ſignificavi ad *Nov. c. 12.*

Vt ordinar. præfect. urban. &c.

TITULUS XXV.

NOVEL. CONSTIT. LXX.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

QUænam dignitas liberet vel non liberet à curiali fortuna, de qua in *d. Nov.* agitur, nullus inquiro; quum hodie decuriones noſtri non ſint ſervilis conditionis, ut *notat. ſup. ſæp.* Sit tamen hæc doctrina ex *d. præf. & cap. 1.* antiquitas neglecta quandoque repetenda eſt, puta ſi bona eſt & Reipub. conducens. Major quoque dignitas eſt cum adminiſtratione, quam ſine adminiſtrat.

Vt ab illuſtrib. & qui ſup. &c.

TITULUS XXVI.

NOVEL. CONSTIT. LXXI.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

RAtio, cur in *d. Nov.* illuſtres & ſuperilluſtres in cauſ. pecuniar. & injur. per procuratorem litigare debeant, & cœteri poſſint, ſed non cogantur, haud obſcura eſt in *d. præf. & cap. 1.* Sed hodie honeſtas dignitatis non attenditur in criminalib. quum reatus honorem excludat. *l. 1. C. ubi ſenat.* & ideo Moribus reus alicujus criminis aperto capite ſtare debet, ut *lat. ad l. ult. C. eod.* An tamen procurator debeat admitti in cauſis criminalibus etiam ad defendendum, dixi ad *l. 33. §. 2. D. de procurat. & ad §. 10. Inſt. de injur. & alib. ſæp.* In cauſis pecuniar. quilbet litigare debet per procurat. licet propriæ cauſæ adſiſtere poſſit, ut *lat. ad l. 25. C. de procurat. & ad tit. Inſt. de iis per quos ag. poſſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

COLLATIO VI.

Vt hi, qui obligat. ſe hab. &c.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. LXXII.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & II.

IMperator ſtudioſam curam genere debet circa pupillos vel minores. *d. præfat.* præſertim contra illum, qui ad malitiam proclivis eſt. *d. præf. in fin.* Ratio, cur in *c.* 1. debitor vel creditor non poſſit eſſe tutor vel curator pupilli, adjecta eſt *ibid.* & quidem generalis, quæ etiam in ipſo tutore teſtamentario locum habere videtur. Vide *diſp. noſtr. ad l.* 8. *& auth. ſeq.* C. *qui dare tut.* Dura tamen illa præſumptio Imp. qua vir bonus tam facile præſumitur malus, & ideo rectius arbitrio judicis relinquitur, an debitor vel creditor etiam teſtamento datus poſſit eſſe tutor pupilli, ut *nos lat. ad d. l.* 8. *& auth ſeq.* Et hoc temperamento videtur etiam *c.* 2. accipiendum, ubi ei curator adjungitur, qui poſtea pupilli debitor vel creditor factus eſt.

CAP. III. & IV.

HOſtis pupilli præſumitur, qui contra pupillum litem habiturus eſt. *d. c.* 3. ſed illam præſumptionem duram videri, notavi ad *d. præfat. & cap. ſeqq.* Juſte tamen in *d. c.* 3. requiritur, ut ille, qui allegat, ſe debitor. vel credit. pupilli, illico probet. *l.* 2. *D. de probet.* Delatio jurisjurandi arbitraria videtur, ut *ſup. ſæp.* Pœnam taciturnitatis, qua debit. vel cred. *c.* 4. amittit actiornem, hodie non ſervari, notavi ad *d. l.* 8. ſed arbitrariam ſalvam eſſe, oſtendi *ſup. ſæp.*

CAP. V. & VI.

RAtio, cur in *d. c.* 5. tutor vel curator non poſſit ſuſcipere ceſſiones actionum, excuſſa eſt ad *præſat. & cap.* 1. *&* 2. *& ad l.* 12. *D. de reb. eor. qui ſub tut. &c.* quæ per *d. c.* 5. corrigitur, ſed an bene, *notat. ibid. & hic.* An ergo tutor ſaltem finita tutela action. emere poſſit, quæ eſt contra pupillum, facile deciditur ex *præmiſſ.* Ratio, cur in *d. c.* 6. tutor vel curator non cogatur pecuniam pupilli dare fœnori, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 15. *D. de adminiſtrat. tut. & ad l.* 24. *& ad auth. noviſſ.* C. *eod.* Sane iſtas præſumptiones duras eſſe, quibus in *d. c.* 6. dicatur generaliter, quod boni raro tutelas ambiant, vel quod potius ſuo lucro, quam beneficiendi animo expetant, probabiliter probavimus *ſupra*, præſertim ſi reſpiciamus ad Mores hodiernos, quibus adminiſtratio tutelæ non eſt gratuita, ſed adnexum habens aliquod honeſtum ſalarium. Si etiam ſit tutor proximus cognatus pupilli, vix ſiniſtra præſumptio in virum probum cadit.

CAP. VII. & VIII.

QUod plus eſt in reditibus pupillo competentibus, illud tutor reponere debet. *d. c.* 7. Nos vulgo dicimus **oplegȝen**/ant prædia ex his comparare, ut *lat. ad l.* 24. *C. de adm. tut.* An & quando periculum nomin. contractorum pertineat ad tutorem, dixi ad *l. debit.* 18. *C. eod.* Quod ſi ſubſtantia pupilli modica ſit, hoc caſu tutor debet facere in cauſa pupilli, quod

faceret

faceret in ſua, & ſic utilitatem pupilli agere. *d. c.* 8. ſed jusjurandum vix neceſſarium puto ; quum pupillus tacitam habeat hypothecam in bonis tutoris, ſi male adminiſtraverit ; aut ſaltem non facit eum ἀνεκλέγιστον, qui non teneretur reddere rationes ſuæ adminiſtrat. Et quia Princeps vel Curia eſt quodammodo pater pupillor. *d. c.* 8. *in fin.* ideo tutius hodie in caſu dubio auctoritas vel permiſſio Curiæ adhiberi ſolet, ut *dict. ad tit. D. & C. de adm. tut.*

De inſtrumentor. caut. & fid. &c.

TITULUS II.

NOVEL. CONSTIT. LXXIII.

PRÆFATIO. & CAP. I. & II.

FAlſitas eſt veritatis imitatio, & tempus ſæpe facit, ut unius ejuſdemque manus vel ſcriptura videatur diverſa. *d. præfat.* An in *c.* 1. præter ſcripturam ſeu inſtrument. accipientis recte requirantur adhuc tres teſtes in cauſa depoſiti, excuſſum eſt in *not. noſtr. ad auth. ſi quis. C. qui pot. in pign.* quæ ex *d. c.* 1. deſcripta eſt. Inſtrumentum etiam privatum, quod de depoſito vel mutuo conſcriptum eſt, & confirmatum vel ſubſcript. vel præſentia trium teſtium, plenam fidem meretur. *d. c.* 2. Rectius tamen noſtro judicio numerus teſtium requiritur præter inſtrumentum ſub pœna pecuniaria, non vero ſub pœna nullitatis inſtrumenti ; quum jure Divino vel ſoli teſtes ſufficiant. *Deut.* 19. vel ſola ſcriptura ſeu manus ejus, qui fatetur accepiſſe.

CAP. III. & IV.

RAtio, cur in *d. c.* 3. magis credatur teſtibus, quando teſtes diſcrepant à collatione vel fide literarum, facile colligitur ex *præmiſſ.* ad *d. c.* 1. & 2. Adde *not. noſtr. ad l.* 1. *C de teſtib.* Sed ſalva prudentia judicis *d. c.* 3. In caſu, quando inſtrument. depoſit. vel mutui incaute conſcriptum eſt, poteſt depoſitario vel mutuatario deferri jusjurand. *d. c.* 4. quod plane juri Divino conveniens eſt. *Exod.* 22.

CAP. V. VI. & VII.

SUb qua pœna illa ſubſcriptio teſtium, de qua *d. c.* 5. requiri poſſit, dixi ad *d. c.* 1. & 2. Ratio, cur in *d. c.* 6. judex etiam ſigna σημεῖα ſeu notas conſiderare debeat, adjecta eſt *ibid.* Tabellione & teſtibus abſentibus ſeu mortuis, poteſt quis petere comparationem literarum fieri, præſertim ſi primo juravit de calumnia. *pr. d c.* 7. Ratio, cur in caſu §. 1. inſtrumentum credibile videri debeat, adjecta eſt *ibid.* Quomodo inſtrumentum notarii mortui poſſit convinci de falſo per duos teſtes, aperte declaratur in §. 2. Ratio, cur in caſu §. 3. ille, qui petit comparationem literar. fieri, ſolenniter jurare debeat, adjecta eſt *ibid.* Sane inſtrumentum inſinuatum partibus volentibus magnæ auctoritatis eſt, eique creditur omnimodo *d.* §. ſed ſalvo tamen arbitrio judicis, ut in *d. c.* 3.

CAP. VIII. & IX.

QUæ ratio, cur in caſu *d. c.* 8. requirantur quinque teſtes? cur Tabellio & duo teſtes non ſufficiunt? Vide *cenſur. noſtr. ad l.* 18. *C. de teſtib.* Sane in contractib. exigui pretii non bene requiaitur magna ſolennitas *d. c.* 8. *in fin.* In agris ſeu ruſticis magna ſimplicitas eſt, & ideo in illor. inſtrument. ordinaria ſolennitas requiri non debet. *d. c.* 9. De teſtament. ruri factis dixi ad *l. ult. C. de teſtament.*

Quib. mod. natural. fil. &c.

TITULUS III.

NOV. CONSTIT. LXXIV.

PRÆFATIO.

& CAP. I. & II.

NUlla lex vel conſtitutio ad omnia ſufficit, ſed multæ indigent correctione propter naturæ varietatem & machinationem. *d. præfat.* Reliqua de liber. natural. excuſſa ſunt & ad *tit. C. de liber. nat. & cap. ſeqq.* Ratio, cur in *c.* 1. pater, qui non habet legitimam ſobolem, poſſit liberos naturales ex concubina deficiente natos legitimos facere per reſcriptum Principis, adjecta eſt *ibid.* de qua *lat. ad* §. *ult. Inſt. de nupt. & Nov.* 89. *c.* 9. *& ad auth. præter. C. de natur. liber.* quæ ex *d. c.* 1. deſcripta eſt. Ratio, cur in *d c.* 2. Princeps poſſit & ſoleat legitimare illos naturales, quos teſtator petiit legitimari, data eſt ad *auth. Item. de nat. liber.* quæ ex *d. c.* 2. deſcripta eſt.

CAP. III. & IV.

QUæ ratio, cur in *d. c.* 3. filius naturalis non poſſit legitimari per adoptionem? Cur hic magis obſtat honeſtas, quam in cœteris modis legitimandi? Certe hodie legitimari poteſt. *Groen. ad d. c.* 3. Hodie quoque non ſolum agricolas vel milites caligatos poſſe matrimonium contrahere abſque dotalib. inſtrument. & donat. propt. nupt. ſed etiam viros Illuſtres aut Senatores, notavi ad *d.* §. *ult. Inſt. de nupt. & alib.* Nihil furore amoris vehementius. *pr. d. c.* 4. ſed cur ergo capitalis pœna in raptorem virginis? Vide *not. noſtr. ad l. ult. C. de rapt. virg.* Atteſtatio nuptiar. contract. hodie petitur vel à miniſtris Eccleſiæ, vel à Magiſtratu, prout nuptiæ vel coram Eccleſia vel coram Magiſtratu celebratæ ſunt. Milites & agricolæ præſumuntur jura ignorare. §. 3. *d. c.* 4.

CAP. V. & VI.

TEſte, *Groenew.* non obſervatur *d. c.* 5. quia, inquit, non nudo conſenſu, ſed ſolenni ritu nuptiæ hodie celebrandæ ſunt. Sed ut verum fatear, male Moribus requiritur illa ſolennitas pro ſubſtantia matrimonii, ut *lat. ad l.* 5. *&* 6. *D. de rit. nupt.* Sane qui juramento affirmavit, ſe hanc vel illam habiturum pro uxore, haud dubie ad perficiendum matrimonium cogi poteſt. De quarta uxori pauperi competente dixi ad *Nov.* 53. *& Nov.* 117. *c.* 5. *& ad auth. ex d. c.* 5. *præterea. C. unde vir. & ux.* Ratio, cur in *d. c.* 6. liberi ex damnato coitu nati nec naturales dicendi ſint, nec quidquam accepturi ex bonis parent. adjecta eſt *ibid.* in pœnam parentum, ut in poſterum abſtineant; ſed illam rationem non eſſe ſufficientem, ut tales liberi excludantur ab omni alimonia, notavi ad *auth. ex complex. C. de inceſt. nupt.*

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

DE APPELLAT. SICIL.

TITULUS IV.

NOVEL. CONSTIT. LXXV.

EPITOME EJUSD.

Ex JULIANO.

DE APPELLAT. IN SICILIA.

QUatenus *d. Nov.* agit de Quæſtore Sicil. nullum apud Belgas uſum habet. Quinam hodie ſint judices appellationis, & quæ alia negotia in Curiis Provinciar. tractari poſſint, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Hæc conſtit. interpret. prior. &c.

TITULUS V.

NOVEL. CONSTIT. LXXVI.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

HÆc interpretatio *Nov. 5. c. 5.* quæ in *d. Nov. 76.* exſtat, excuſſa videri poteſt in *noſtr. ad auth. ingreſſ. C. de SS. Eccleſ. & ad d. c. 5. Nov. 5.* An Moribus *d. Nov. 76.* poſſit adplicari illis, qui ſemel ingreſſi ſunt gerontocom. ptochotroph. aut ſimilia pia loca (ut vocant) ſignificavi ad *d. c. 5.*

Vt non luxur. homin. &c.

TITULUS VI.

NOV. CONSTIT. LXXVII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

SUmma Angeli ex *d. præf. & cap. 1.* ſeu *tot. Nov.* hæc eſt: luxurians contra naturam, aut jurans per aliquod membrum Dei (puta per caput aut capillos Dei) aut Deum blaſphemans, ultimo ſupplicio punitur. Cœterum dictæ pœnæ hodie arbitrariæ ſunt, ſaltem blaſphemiæ, quæ varie in variis locis punitur, ſed raro pœna mortis, niſi forſan in crimine perdurent, ut loquitur *Imp. in d. c. 1 §. 2.* quod convenit *Levit. 24.* Quomodo blaſphemus jure Canon. puniatur, dixi ad *c. ult. ext. de maledic.* quomod Morib. Ultraj. vide in *art. 1. rubr. 45.* **Coſtuym van Utr.** Reliquas pœn. vide apud *Grohoſ. & Groen. ad hanc Novell.* Pœnam vero luxuriant. contra natur. puta in ſodomitic. & ſimilib. plerumque capitalem eſſe, dixi ad *§. 4. Inſt. de pub. judic. & ad l. 31. C. ad l. Jul. de adulter.*

Vt liberti de cœtero &c.

TITULUS VII.
NOV. CONSTIT. LXXVIII.

PRÆFATIO.
& CAPIT. I. & II.

TOta dicta *Nov.* 78. Belgis inutilis dici poteſt, aut exoleviſſe, ut loquitur hic *Groen.* quia agit de libertis & ancillis, quæ in Belgio non reperiuntur. Verum ſummas tamen colligere lubet. Prima ex *præfat.* hæc eſto: Imperatoris eſt, illud, quod à majoribus perfectius datum eſt, ſuis adjectionibus ampliare. Sed vix perſcrutanda ſunt, quæ ante legem præſentem facta ſunt *c.* 1. *& epilog.* Plura de jure aureor. annul. ad *Lib.* 40. *Dig. tit.* 10. *Cod. Lib.* 6. *tit.* 8. Remiſſo jure patronatus, non tamen intelligitur remiſſum obſequium. *c.* 2. ubi & ingratus revocatur in priſtinum ſtatum, de quo *lat. ad tit. de obſeq. patr. præſt.*

CAP. III. & IV. & V.

SUmma ex *d. c.* 3. quod de patrono & liberta, hæc eſto: vir magnæ dignitatis poteſt viliorem fœminam ducere in uxorem, de qua *lat. ad l.* 44. *D. de rit. nupt.* Ratio, cur in *c.* 4. matrimonium cum ancilla faciat liberos legitimos, poteſt applicari matrimonio, quod initum eſt cum concubina, de qua *ſup.* An & quatenus liceat bella gerere pro recta ad Deum religione, & pro libertate ſubditorum, de quo caſu agitur in *fin. d. c.* 4. dixi *alib.* Quatenus ergo ratio Juſtin. qua in *d. c.* 5. conſtitutionem ſuam probat, admittenda ſit, apparet ex *præmiſſ. noſtr.*

Apud quos oport. cauſ. &c.

TITULUS VIII.
NOV. CONSTIT. LXXIX.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

BElgium confœderat. non agnoſcere monachos vel aſcetrias, de quib. *d. Nov.* 79. notavi *ſupra aliquot.* Sed rurſus tamen fiant ſummæ ſeu doctrinæ, quarum hæc prima ex *d. præfat.* honeſtas orthodoxæ fidei non eſt corrumpenda. An hæc doctrina poſſit retorqueri in Juſtin. *alib.* Hoc ſaltem certum videtur, quod loca non poſſint dici adorabilia, cum ſolus Deus adorabilis ſit. Perſonæ ſingularis ſanctimoniæ venerandæ videntur. *c.* 1. ſed hoc non attenditur in vocatione in jus prohibenda. Omnis anima ſubjecta eſto politicæ ordinationi. *Rom.* 13. & hoc in ipſis noſtris Paſtoribus obſervatur, ut *lat. ad tit. C. de SS. Eccleſ. & tit. C. de Epiſcop. & Cleric.* Per me tamen licet, ut Paſtorum lites citius decidantur, atque ita velocius liberati dent operam ſacris occupationibus, ut loquitur Imp. in *fin. d. c.* 2. Nulla igitur pœna ex illis, quæ in *c.* 3. enumerantur, metuenda eſt hodierno judici noſtro vel executori, niſi forſan in modo agendi vel admonendi omnis reverentia neglecta ſit, quo caſu pœna arbitraria non videtur deneganda. Qualia fuerint decaneta in *d. c.* 3. videſis apud *Gothof. ad d. c.*

De

DE QVÆSTORE.

TITULUS IX.

NOVEL. CONSTIT. LXXX.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

QUod paulatim labitur, tempeſtive reparandum eſt, eique ſæpe quid addendum. *d. præfat.* Loquitur autem Imp. de quæſtore deſtinato ad coercendos homines otioſos, peregrinos, vagantes &c. vulgo **Provooſt of Schout van de bedelaers of vagabunden.** Quinam igitur in *c.* 1. fuerint Ereunadæ, nullus inquiro. Qui hodie perſcrutari ſolent, quinam ſint illi, qui urbem ingrediuntur, vulgo vocantur **Gouverneurs/** qui in locis periculoſis per ſuos ſatellites aut milites inquirunt in extraneos introeuntes. Agricolæ non diu retinendi ſunt, ne agricultura damnum patiatur. *c.* 2.

CAP. III. & IV. & V.

QUilibet ad ſuam patriam remittendus eſt, dum patriæ metuitur periculum. *arg. d. c.* 3. *&* 4. habita tamen ratione corporis & ſanitatis. *d. c.* 4. Inutile terræ pondus otioſus eſt, & qui mendicantes tolerat, ad delicta invitat. *c.* 5. Homo naſcitur ad laborem, ut navis ad volatum. *Pſalm.* 128. Hodie etiam optimo Reipub. bono extant ergaſtula ſeu domicilia publica, in qua otioſi & mendicantes conjiciuntur. Plura de otioſ. & mendicantib. videre licet apud *Gothof. ad d. c.* 5. *& nos ad tit. C. de mendic. valid.*

CAP. VI. VII. & VIII. XI. & X.

QUalis quæſtor vel judex hodie cognoſcat de ſuperactionibus' executor. de quib. *d. c.* 6. dixi ad *tit. C. de execut. & exact. & alib. ſæp.* Quodnam cingulum, vel quiſnam judex cognoſcat de crimine falſitatis, de quo *d. c.* 7. dixi ad *tit. D. & C. de falſ. & alib.* Talis autem adminiſtrator non debet adhibere miniſtros ſordidos aut turpi acceptioni paratos *d. c.* 8. Nidificantes in loco alieno non ſunt tolerandi, ſed remittendi ad locum proprium. *c.* 9. nemo temere patriis ſepulchris defraudari debet. *c.* 10.

Conſtit. quæ dignit. & epiſcop. &c.

TITULUS X.

NOVEL. CONSTIT. LXXX.

PRÆFATIO.
CAP. I. II. & III.

SUmma Bartoli brevis, ſed ſufficienter & clare explicans *d. Nov.* hæc eſt: dignitas conſulat. aut patriciat. liberat à patria poteſtate, ſola dignitatis collatione; & generaliter omnis alia dignitas, quæ liberat. à curiali fortuna, etiam liberat à patria poteſtat. ſcilicet maxime quoad commodum, ut *limitat. in noſtr. ad* §. 4. *Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt.* Ratio, cur conſularis dignitas liberet à patr. poteſt. adjecta eſt in *pr. d. c.* 1. Sed quæ ratio, cur in §. 1. quælibet dignitas liberans ab onere curiæ etiam liberet à poteſt. patris? Scilicet qui ſatis judicii habere judicatur ad ipſam dignitatem admini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

adminiſtrandam, ille etiam ſatis idoneus videtur, ut habeatur pro patrefam. in aliis cauſis, præſertim favorabilibus filio. *c.* 2. An tamen Doctoratus dignitas liberet, diſputant DD. ad *d.* §. 4. *Inſt. & d.* §. 1. qui videtur duntaxat loqui de illa dignitate, per quam filius quodammodo factus eſt pater, ut patet ex *anteced. & ſeqq.* Qui autem eſt pater aliorum, ſeu alios habet in poteſtate, ipſe non debet eſſe in poteſtate patris ſui. Et hinc eſt, quod filius Doctor minor. 25. ann. debeat petere veniam ætatis, ut propria bona adminiſtrare queat, ut *dict. in diſp. noſtr. ad d.* §. 4. *Inſt.* Jus tamen generis vel jus naturæ ſalvum manet. *d. c.* 2. ubi tamen jus nepotis hodie non ſervatur, ut *notat. ad tit. Inſt. de patr. poteſt. & alib.* An filius perdignitat. quæſit. amittat benefic. SC^t. Maced. dixi ad *tit. D. de SC^t. Macedon.* Ratio, cur in *c.* 3. filius factus Epiſcopus deſinat in poteſtate patris eſſe, addita eſt *ibid.* & ſup. data *ſæp.*

De judicib. & ut nullat. &c.

TITULUS XI.

NOVEL. CONSTIT. LXXXII.

PRÆFATIO.

CAP. I. II. & III.

SUmma ſeu doctrina ex *d. præfat.* hæc eſto: legum imperiti uſuque deſtituti ſunt indigni munere judicandi. In adſeſſoribus requiri peritiam juris, dixi ad *tit. C. de offic. adſeſſor.* An & quatenus ordinarius judex debeat eſſe eruditus, dixi ad *l.* 17. *C. de judic. & alib.* Quinam hodie ſint judices delegati à Principe, vel judices pedanei, de quib. *d. c.* 1. *&* 2. dixi ad *tit. C. de pedan. judic. & ad tit. D. de offic. ej. cui mand.* Quo ordine & tempore judices indicare debeant, de quo requiſito agit *c.* 3. in unaquaque Curia vel Tribunali definitum eſt. An ſententia à judice ſtante lata valeat, & an nocte judicare liceat, dixi *alib.*

CAP. IV. V. & VI.

AD quos judices hodie fiat provocatio vel appellatio, de qua *d c.* 4. dixi *ſup. ſæp.* Litigantes liberandi ſunt à circulis cognitionalib. *d. c.* 5. quod etiam uſum habere poſſet in Advocatis, qui petentibus ordinariis judicibus dant conſilium, aut ſuppeditant judicium, & ſic ut judices pedanei, ut *lat. ad d. tit. C. de pedan. judic.* An ter appellatio concedenda ſit, & an contumax appellet, dixi ad *tit. Cod. ne lic. in un. ead. cauſ. tert. &c. & ad l.* 1. *C. quor. appellat.* An illud ſpatium duor. menſ. circa cauſam appellat. in *c.* 6. ſit ſpeciale in caſu *d. c.* an vero jus novum ad appellationem inſtituendam, fruſtra quæri videtur; quum hodie certum tempus præſcriptum ſit & appellationi inſtituendæ & proſequendæ, ut *lat. ad tit. D. quand. appell. & ad Nov.* 23.

CAP. VII. VIII. & IX.

IStum definitum ſportularum modum, de quo *d. c.* 7. hodie non ſervari, notavi ad *tit. C. de ſportul. & ad Nov.* 8. *& alib. ſæp.* De execut. dixi ad *tit. C. de execut.* Hodie quoque Ordines provinc. in locum remoti aut denati Senatoris in Curia, de quo *c.* 8. alium ſubſtituere, cuilibet provinciali notum eſt. In Belgio quoque nos habere certos judices, qui ad certam ſummam tantum judicare poſſint, notavi *ſup. aliquot.* ſed non eſt receptum, ut vel initio litis illos aureos, vel in fin. alios accipiant, ut accipiunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

accipiunt judices pedan. in *c. 9.* Rectius præter cert. ann. ſalar. accipiunt ſportulas pro ratione laboris & itineris, ſi quas ſportulas judici accipere liceat à litigantibus. An adhuc rectius certum & luculentum ſalarium abſque ſportulis ex ærario publico ſtatueretur, dixi *alib.*

CAP. X. XI. XII. *& ſeqq.*

RAtio, cur judex in *d. c.* 10. rationes expenſar. examinare debeat, cuilibet obvia eſt, ſed quæ ratio, cur judex non poſſet ex cauſa temperare jusjurand. in lit. ſuper expenſis factum? Sane contra *d. c.* judicatum eſſe, apparet ex *deciſ. Radel.* 124. niſi dicamus in *d c.* 10. primum taxationem factam eſſe, & deinde juramento litigant. confirmatam. Hoc, inquam caſu vix jusjurand. diminuere licet, niſi poſtea novæ cauſæ emergant. Vide *not. noſtr. ad auth. poſt jusjurand. C. de judic.* Excuſſio *d. c.* 11. plene videri poteſt facta in *not noſtr. ad l.* 4. *& auth. ſeq. C. de recept. arbitr.* ex quib. apparet, quod *d c.* 11. jure Can. & Morib. abrogratum ſit, quatenus ſaltem arbiter cum juramento conſtitui poreſt. Quænam appellatio, de qua *c.* 12. *&* 13. recipienda vel non recipienda ſit, dixi ad *tit. Cod. quor. appell. non recip.* An & quando judex poſſit judicare contra ipſam pragmaticam ſanctionem, dixi ad *pr. Inſt. de offic. jud. & ad l.* 7. *C. de precib. Imp. offer. & ad tit. C. ſi contra jus vel utilit. public.* Hodie iſtas relationes aut conſultationes, de quib. *c.* 14. nequaquam fieri, notavi ad *tit. D. de appellat. & relat. & ad tit. C. de relat.* Pauca veſtigia in pauc. loc. vide *ibid.*

Ut clerici apud propr. epiſcop. &c.

TITULUS XII.

NOVEL. CONSTIT. LXXXIII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

HAnc *conſtitut* contra jus Divinum eſſe, notavi *ſupra ad Nov.* 79. quatenus ſaltem pecuniaria cauſa poteſt ventilari coram epiſcopo, eique tribuitur facultas judicandi, vel quatenus clerici ſubducuntur politicæ ordinationi. An & quatenus tamen Eccleſia vel Eccleſiaſticus Senatus vel Claſſis vel Synodus ſpecialis aut generalis quoſdam Canones Ordinis gratia condere poſſit, quos ipſe Imp. non dedignaretur ſequi, ut loquitur in *d. c.* 1. dixi *ſæp. ad jus Canonic. & ad Lib.* 1. *Cod. & ad Novell. præced. & ſeqq. & alib.* Sane de crimine mere Eccleſiaſtico ſolus Senatus Eccleſiaſticus cognoſcit, quatenus delinquens eſt membrum Eccleſiæ, cujus cenſuræ ut diſciplinæ ſubjacet, ut *lat. in dict. loc.*

De conſanguin. & uterin. frat.

TITULUS XIII.

NOVEL. CONSTIT. LXXXIV.

PRÆFATIO.
CAP. I. & II.

NOvitas naturæ ſeu caſus ſæpe anſam præbet novæ conſtitutioni. *d. præfat.* An *c.* 1. corrigatur per *Nov.* 118. *c.* 2. parum attendo, cum per ſe, aut in veritate correctum videri debeat. Etenim in ſucceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ſucceſſione ab inteſt. non attenditur, unde bona deſcendant, ſed qui ratione ſanguinis eſt æqualis, ille etiam æqualiter ſuccedit ab inteſt. Et ideo nec illa regula quæ ex *d. c.* 1. formari ſolet, paterni in paternis bonis, materni in maternis ſuccedant, admittenda eſt. Si in bonis poſtea quæſitis conſanguinei & uterini æqualiter ſuccedant fratri defuncto, ut plerique ſaltem DD. ſtatuunt, cur ſecus in bonis paternis & maternis? Vide *not. noſtr. ad l.* 13. *C. de legit. hæred. & ad l.* 11. *& auth. ſeq. C. comm. de ſucceſſ. & inf. ad d. Nov.* 118. In multis quoque locis ipſum conſanguineum fratrem vel uterinum concurrere cum fratribus germanis, qui utroque jure conjuncti ſunt, ſaltem pro dimidia manu, notavi contra *d. c.* 1. *d. Nov.* 84. & contra *d. c.* 2. *d. Nov.* 118. *in not. & diſp. ad tredecim. tit. Lib.* 4. *Inſt & alib.* An conſanguineis ratione ſexus aliquid prærogativæ concedendum ſit, dixi *ibid.* De ſolis uterinis aut conſanguineis, de quib. *c.* 2. dixi ad *d. l.* 13. *C. de legit. heredib. & d. Nov.* 118.

DE ARMIS.

TITULUS XIV.

NOV. CONSTIT. LXXXV.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

BOni Principis eſt, ſubjectos ſuos cuſtodire illæſos & ſine calumnia & ſine bello, quantum fieri poſſit. *d. præfat.* Hinc in *c.* 1. *& ſeqq.* videtur vetitum, ne privatus aut vendat aut faciat arma. Cœterum Moribus Belgii hoc correctum eſt, ut *notat. ad tit. C. de fabricenſib. & ad tit. C. ut armor. uſ. inſc. &c. & ad tit. C. quæ res export. non deb.* Illud quod indigno aufertur, plerumque fiſco applicatur. *d. c.* 1. *&* 2. de quo *nos lat. ad l.* 9. *D. de jur. fiſc. & ad l.* 14. *D. de publican.* Judex negligens in exequendo præcepto Imp. quod primario utilitatem Reipub. ſpectat, graviter puniendus eſt. *arg. d. c.* 3. Reliqua forſan uſum habent in locis, ubi ſunt publicæ armorum fabricæ, ut in Gallia arſenals &c. Varia armorum genera recenſentur in *c.* 4. Quæ & quanta pœna illis immineat, qui arma hoſtibus vendunt, dixi ad *d. tit. C. quæ res export.* Chartularius vel tabellio delinquens in officio removendus ob officio eſt. *arg. c.* 5.

Vt different. judic. aud. &c.

TITULUS XV.

NOV. CONSTIT. LXXXVI.

PRÆFATIO.

& CAPIT. *ſeqq.*

IMperatoris eſt curare, ne ſubditi litis cauſa avocentur à propria patria. *d. præfat. & cap.* 1. *& ſeqq.* Sed intentio Imp. Juſtin. hic tantum bona eſt. Quid enim ad ſanctiſſim. Epiſcopum, ſi forſan ordinarius judex vel nolit judicare, vel ſuſpectus ſit? Hodie rectius hoc caſu Curiam vel Ordines ad ſe cauſam vocare, dixi ad *l.* 58. *D. de judic. & ad auth. ſi vero contig. C. de judic. & alib.* Puniendus tamen eſt, qui ordina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ordinarium præteriens interpellavit ſuperiorem. *arg. c.* 3. Noviſſimum tamen ſupplicium nimis durum in *c.* 4. *&* 5. Qua pœna Epiſcopi puniendi ſint, qui injuſte aut gratioſe iudicarunt, de quib. *c.* 6. ſignificavi *ſup. ſæp.* Quoniam autem in Belgio non dantur civitates ſine ordinar. judicib. ideo *c.* 7. apud nos nullum uſum habet, ut nec ullum habet *c.* 8. quod de monach. & Epiſcop. & Patriarch. quos Eccleſiæ noſtræ non agnoſcunt, aut ſaltem illis nullas partes judicandi in civilibus tribuunt. Quas ſportulas, de quib. *c.* 9. hodie judex poſſit accipere, dixi *ſup. ſæp.*

De mort. cauſ. donat. &c.

TITULUS XVI.

NOVEL. CONSTIT. LXXXVII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

HOdie noſtros Curiales aut Decuriones non ſolum dotis aut donat. propt. nupt. cauſa donare poſſe, ſed etiam int. viv. aut mort. cauſ. notavi ad *Nov.* 36. 46. *& alib.* Summa tamen ex *d. præf.* hæc eſto: id ſemper ſequendum videtur, quod pluribus & optimis viris viſum eſt. Quatenus donatio mort. cauſ. comparetur legatis, dixi ad §. 1. *Inſt. de donat.* An egeat inſinuat. dixi ad *l. ult. de mort. cauſ. donat.*

De depoſit. & denunt. &c.

TITULUS XVII.

NOV. CONSTIT. LXXXVIII.

PRÆFATIO.

& CAPIT. I. & II.

IMperator lites ſæpe audire debet. *d. præf.* Ratio, cur in *c.* 1. non attendatur denuntiatio creditoris, qui depoſitario denuntiavit; ne depoſitum reddat, data eſt à nobis ad *l. ult. D. de l. commiſſ. & ad l.* 11. *& auth. ſeq. C. depoſ.* ubi etiam de compenſ. quæ depoſito objici non poteſt, ut *lat. ad l. ult. C. de compenſ. &* §. 30. *Inſt. de act.* Reliqua de uſur. trientib. ad *tit. D. & C. de uſur.* Quatenus *c.* 2. agit de ann. public. nullum apud Belgas uſum habet, ut *lat. ad tit. C. de annon. & tribut.* Ratio, cur in *d. c.* 2. ſolutio mercedis ſeu penſionis pro uſu domus locatæ impediri non poſſit per denuntiation. creditor. ſignificata eſt ad *d. c.* 1. Intereſſe, quod creditor debet ob injuſtam denuntiation. arbitrio judicis relictum videtur, ut *ſup. ſæp.* An & quando hodie liceat uti arreſto ſive inject. man. in rem depoſit. vel locat. & quando diſſolvatur datis fidejuſſ. dixi ad *l.* 1. *C. depoſit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

COLLATIO VII.

Quib. mod. natural. effic. &c.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. LXXXIX.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

DUplex ſtudium Imp. maxime competit, ſcilicet ſervos in libertatem perducere, & liberos naturales facere legitimos. *d. præfat.* Varia ſunt genera liberor. natural. *c.* 1. An ſervitus juſte ex bello originem habeat, dixi in *not. & diſputat. ad* §. 2. *Inſt. de jur. nat. gent. & ad tit. Inſt. de jur. perſ.* Quod ſola conjunctio non faciat nupt. latius docui ad *tit. D. de rit. nupt.*

CAP. II. & *ſeqq.*

IStum modum legitimandi, qui in *d. c.* 2. fit per oblationem curiæ, hodie abrogatum eſſe, notavi & ad §. *ult. Inſt. de nupt. & ad tit. C. de natur. liber.* Omnia igitur jura ſpecialia legitimatorum per oblat. cur. in *capitib. ſeqq.* usque ad *cap.* 8. ſilentio prætereunda videntur. An tamen aliis legitimatis pater plus poſſit relinquere, quam uni ex legitimis reliquit, & an etiam aliis aſcendentibus vel deſcendentibus vel collateralibus præter patrem facti legitimi videantur, apparet ex *ſeqq. & alib.*

CAP. VIII. & *ſeqq.*

SEcundus modus legitimandi per dotalia inſtrumenta cum concubina, de quo in *d. c.* 8. excuſſus à nobis eſt ad *d.* §. *ult. Inſt. de nupt. & ad l.* 5. *C. de nat. liber. & alib.* Sed quoad jus ſucced. hæc regula notanda eſt: legitimati per ſubſequens matrimonium in jure ſucceſſ. habent eaſd. ſucceſſ. quas habent illi, qui ab initio legitimi ſunt, etiamſi ſcil. ante matrimon. concepti fuerint. *d. c.* 8. §. 1. *& Nov.* 117. *c.* 2. De tertio modo legitimandi, qui fit per reſcriptum Principis, de quo in *c.* 9. dixi ad *d.* §. *ult. Inſt. de nupt. & Nov.* 74. *c.* 2. Notatu tamen dignum eſt de novo, quod in *fin. d. c.* 9. legitimati per reſcriptum Principis dicantur nihil differre à legitimis. An ergo etiam ſuccedunt cognatis parent. vel infeudis? Dixi in *diſp. ad tredec. tit. Lib.* 3. *Inſt.* An & quatenus ſacerdos hodie poſſit filium naturalem facere legitimum, de quo *id. cap.* 9. dixi ſatis aperte in *præced.* Sane ſi præſupponamus, quod ſacerdos non maneat ſacerdos, quando filium ex concubina habet, queſtio facile deciditur ex *præmiſſ. ad hanc Novell.* Qui filios naturales in teſtamento voluit legitimos eſſe ſucceſſores, ille etiam voluit eſſe legitimos per reſcriptum principis. *c.* 10. Ratio, cur in *pr. Nov.* 11. filii naturales non poſſint legitimari inviti, data & rejecta eſt ad *l. ult. D. de his qui ſui vel alien. jur.* An §. 2. correctus ſit per *Nov.* 117. *c.* 2. fruſtra quæri videtur, cum Moribus ſaltem filium naturalem adoptare liceat in legitimum quoad ſucceſſinem patris. Sane ſi concubina mortua ſit, & accedat auctoritas Principis, haud dubie comparabitur legitimato per reſcript. princip. Adde *not. noſtr. ad c.* 3. *d. Nov.* 74. *& ad l.* 6. *&* 7. *C de nat. liber.*

CAP. XII. & *ſeqq.*

DE jure veteri, de quo in *pr. &* §. 1. *d. cap.* 12. dixi ad *tit. C. de nat. liber.* Sane quando exſtant liberi legitimi, non videntur admittendi naturales, licet reclamet §. 2. Filius Saræ ſolus, non Agaris ſimul ſuccedit. *Gal.* 4. Quin pro alimentis aliquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

aliquid poſſit & debeat relinqui aut donari, extra dubium videri debet. Vide *not. noſtr. ad auth. nunc ſoli. C. de liber. natural.* quæ ex *d.* §. 2. deſumpta eſt. Ratio, cur in caſu §. 3. pater poſſit filiis naturalibus omnia bona relinquere, haud obſcura eſt in §. *præced.* 2. quæ Moribus adprobatur, ut *nos lat. ad dd. text. & Groen. ad l. 2. C. de nat. liber.* Quid tenendum ſit de duab. unc. in caſu §. 4. jam ſignificavi in *præmiſſ. ad auth. licet. C. de lib. nat.* quæ ex *d.* §. 4. deſcripta eſt. Ergo nihil etiam de caſu §. 5. ubi pater priori concubinæ alium ſuperinduxerat. De alimentis filio naturali relinquendis, de quib. §. 6. & jam dixi ad *hanc Novell. & ad tit. Cod. de nat. liber.* Debent ergo & juſte liberi alimenta parentibus. *c.* 12. quod ultra caſum deciſum non extenditur, ut ex *præmiſſ.* manifeſte patet. De tutela matris, de qua *c.* 14. dixi ad *l. ult. C. de conf. tut. & ad l. ult. C. quand. mul. tut.* De liberis ex damnato ſeu inceſtuoſo coitu, de quib. *c.* 15. dixi in *not. & diſp. ad deſcript. ex d. auth. ex compl. C. de inceſt. nupt.*

De teſtibus.

TITULUS II.

NOV. CONSTIT. XC.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

TEſtium uſus perquam neceſſarius eſt, ut patefiant, quæ geſta ſunt *d. præf.* de qua *lat. in l. 1. D. de teſtib. & in capitib. ſeqq. d. Nov.* 90. Teſtes debent eſſe bonæ vel illæſæ opinionis. *d. c.* 1. An & quatenus nimia dignitas, nimiæ divitiæ, nimium officium, nimia ſanguinis conjunctio fidem teſtium imminuat, videtur arbitrio judicis relinquendum, ut *lat. ad d. tit. D. & C. de teſtib.* Sed quæ ratio, cur in §. 1. obſcuriorum hominum teſtimoniis non credatur ſine tormentis? Hæc dari ſolet; quia vel minimo metu deterriti corruptiones fateri ſolent, cum alias ſecuri graſſari ſoleant in honeſtiores. Cœterum hæc ratio hodie non attenditur, ut *lat. ad* l. 21. *D. de teſtib. & l. 13. C. eod. & ad l. 9. D. de quæſtionib.* Recte quoque contra *c.* 2. teſtibus credi, licet fortuito adfuerint ſolutioni, modo alias fide digni ſint, notavi ad *auth rogati. C. de teſtib.* quæ cum ex *d. c.* 2. deſcripta ſit, notisque noſtris illuſtrata, haud ægre feret benevol. Lector, ſi ad *dict. not.* remittatur. Quin tamen bonum ob publicum pœna alia pecuniaria ſtatui poſſit in Notarios, qui rogationem vel aliam ſolennitatem omiſerunt, nullus dubitet, ut *lat. ibid. & alib.*

CAP. III. & IV.

RAtio, cur in *d. c.* 3. teſtimonia debeant fieri in ſcriptis vel ſubſcriptionibus, vulgo deſumitur ex republica, cujus intereſt, ut veritas ſervetur. Cœterum homo non debet Deo videri ſapientior. Deus autem conſtituit, ut in ore duor. vel tri. teſt. omnis veritas conſiſtat. *Deut.* 19. *Joan.* 8. Conſulamus ergo veritati per pœn. pecun. ut *ſup.* Quod teſtes nec quæſt. aut tormentis examinandi nec deterrendi ſint, notavi ad *d. c.* 1. § 1. Quomodo puniendus ſit teſtis, qui aſtu vel errore contraria depoſuit, vel vacillavit, dixi ad *l. 2. & 3. & ad tot. tit. D. de teſtib.* Ratio, cur in *c.* 4. quarta productio teſtium regulariter fieri non poſſit, ſolida dari non poteſt, ut *notat. à nob. ad auth. At qui ſemel. C. de probat.* Intentio tamen Imp. bona eſt, ſed modus exequendi, quo ſtatuitur nullitas, vel omnis excluſio product. non videtur admittendus. Moribus ſaltem dari reſtit. in integr. notavit ipſe *Groen. ad d. auth.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. V. & IV.

QUoniam ipſe Imp. ſe in *d. c. 5.* refert ad *l. 16 C. de teſtib.* ubi ex *not. noſtr.* & ad *auth. apud. C. de fid. inſtrum. dict. c. 5.* excuſſum videri poteſt, ideo & hic acta agere non lubet, ſed humanior. Lector. mittim. ad *not. indicat.* Sic namque & brevitati ſtudebimus, & bibliopolis adferemus lucrum, quod ex diſtract. libr. ſperari ſolet. Summa tamen hæc eſto: teſtes in propria provincia examinandi ſunt. Summa *c. 6.* quod de ſervo & liberto, hæc eſto: teſtimonium ejus, de cujus qualitate diſputatur, interim vel ſub conditione admittendum eſt, donec contrarium probetur.

CAP. VII. VIII. & IX.

QUi odioſus vel inimicus eſt, regulariter à teſtimonio repellendus eſt. *d. c. 7.* ſed vix quis ideo odioſus aut hoſtis præſumi poteſt, quod litem habeat cum uno ex litigantibus. Vide *not. noſtr. ad auth. ſi teſt. C. de teſtib.* Mediatores ſeu proxenetæ non poſſunt teſtimonium dicere, niſi ex conſenſu utriusque litigant. *d. c.* 8. Hodie tamen in publicis illis proxenetis aliter quandoque ſervari, notavi ad *tit. D. de proxenet.* Productio teſtium præſente adverſario fieri debet. *d. c. 9.* quod & uſu ſervatur, ut dixi ad *auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib.* Intereſt enim adverſarii, noſſe perſonas teſt. ſed interrogat. teſt. fiunt. reo abſente, ut *lat. ad l. 14. C. de teſtib.* Parte abſente per contum. productio teſt. fit *μονομερῶς. l. 19. C. eod.* quia abſens contumax pro præſente habetur. *d. c. 9.* De modo jurandi, qui in *d. c.* fit propoſitis divinis Euangeliis dixi ad *l. 2. C. de jurejur. propt. calum. & ad l. 13. §. 4. C. de judic.*

Vt exact. inſt. dot. prim. &c.

TITULUS III.

NOVEL. CONSTIT. XCI.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & II.

UT Moribus *d. Nov.* uſum habeat, ponendus primo caſus eſt, ubi inter marit. & uxor. communio bonor. excluſa eſt. Quæ an pactis exludi poſſit, alia quæſtio eſt alibi excuſſa. Sed jam etiam ex hypotheſi loquendo quæritur, quæ ſit ratio, cur dote non exſtante prima uxor, vel liberi ejus præferantur ſecundæ, licet nullam præferentiam vel hypothecam ſtipulati ſint? Sane ſolida dari non poteſt, cum potius concurrere debeant, ut *lat. ad l. ult. & auth. ſi quid. C. qui pot. in pign.* Ratio, cur in *c. 2.* donatio propter nupt. peti poſſit, ac ſi dos vere ſoluta fuiſſet, hæc videtur; quia ſibi imputare debet maritus, cur dotem oblatam accipere noluerit. Reliqua vide in *not. noſtr. ad auth. dos dat. C. de donat. ant. nupt.*

De immenſ. donat. int. fil. fact.

TITULUS IV.

NOVEL. CONSTIT. XCII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

DE inſcriptione *Nov.* de qua *Gothof. Aliique* tantopere ſoliciti ſunt, an conveniat cum *ipſis capitib. ſeqq.* nullus inquiro, cum hæc inquiſitio nullum uſum in foro habere queat. Ratio, cur in *c. 1.* donatio immen-

immenſa vel immodica in liberos facta poſſit revocari quoad Falcid. vel legitimam pro numero liberorum, haud obſcura eſt in *præf. d. Nov. & lat.* excuſſa ad *auth. unde. C. de inoff. teſtam. & ad l. 2. & 5. C. de inoff. donat.* Ratio, cur in §. 1. liberi ingrati non poſſint revocare, cuilibet obvia eſt, latiuſque excuſſa ad *l. ult. C. de revoc. donat.*

De appellationibus.

TITULUS V.

NOVEL. CONSTIT. XCIII.

PRÆFATIO. & CAP. I.

RAtio, cur in *c. 1. d. Nov.* præſcriptio biennii non noceat appellationi, ſi in medio appellat. itum ſit ad arbitr. compromiſſar. addita eſt *ibid. in fin.* Plura de ipſo biennio videre licet in *noſtr. ad auth. ſi tamen. C. de temp. appell. & ad l. ult. §. 4. C. eod.* An ergo poſt finitum arbitrium rurſus currat biennium, fruſtra quæritur, cum ſaltem ob probabilem ignorantiam non ſoleat denegari reſtit. in integr. *Groen. ad rubr. d. tit. C. de temp. appell.*

Vt ſine prohibit. matres &c.

TITULUS VI.

NOVEL. CONSTIT. XCIV.

PRÆFATIO. CAP. I. & II.

RAtio, cur in *d. c. 1.* mater poſſit eſſe tutrix liberor. ſuor. licet debitrix vel creditrix ſit, haud obſcura eſt in *ipſo d. c. 1.* Ratio, cur in *c. 2.* non teneatur jurare vel promittere, ſe non tranſituram ad ſecunda vota, addita eſt *ibid.* Sed quæ ratio, cur teneatur renuntiare SCt. Vellejano aut ſimili auxilio? Sane ſi male adminiſtraverit, haud dubie tenebitur. Atque ita Moribus ſervari, notavi ad *tit. C. quand. mul. tut. offic.* An & quatenus mater tutrix tranſiens ad ſecund. nupt. amittat tutelam, dixi ad *auth. ſacrament. C. eod.* Scilicet arbitrio judicis præcipuæ partes hic tribuendæ ſunt. De ſatiſdat. tut. & inventar. de quib. *epilog.* dixi in *Inſt. Dig. & Cod. ſæp.*

De Adminiſtratorib.

TITULUS VII.

NOVEL. CONSTIT. XCV.

PRÆFATIO. & CAP. I.

QUatenus *præf. & cap. 1.* loquuntur de quinquaginta dieb. qui commorationi Adminiſtrat. provinc. præſcripti ſunt, nullum uſum in Belgio habent, ut etiam *notat. ad Nov. 8. c. 9. & ad tit. C. ut omnes judic. tam civil.* Cœterum hæc ſumma *Bart.* in aliis uſum habere poteſt: Adminiſtrator Reipub. qui adminiſtrationem ſine juſſu Principis dereliquit, videtur crimen commiſiſſe læſæ Majeſtatis, aut ſaltem grave crimen gravi pœna dignum.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De executorib. & de iis &c.

TITULUS VIII.

NOVEL. CONSTIT. XCVI.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

RAtio, cur actor in *c.* 1. debeat cavere de lite conteſtanda intra duos menſes, allegata eſt in *præfat.* ſed hodie non attenditur, nec attendenda videtur, ut *nos lat. ad auth. libell. C. de lit. conteſt.* quæ *ex d. c.* 1. deſcripta eſt. Ratio, cur in *c.* 2. reconventio debeat inſtitui coram eod. judice, coram quo inſtituta eſt conventio, data eſt ad *auth. & conſeq. deſcript. ex d. c.* 2. *Cod. de ſentent. & interlocut. & ad l.* 22. *D. de judic.*

De æqualit. dot. & propt. nupt.

TITULUS IX.

NOVEL. CONSTIT. XCVII.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

RAtio, cur in *d. præf. & d. c.* 1. requiratur æqualitas tam in dot. & donat. propt nupt. quam in pact. aut ſtipulat. circa lucra nupt. ſolida dari non poteſt, ut *nos lat. ad auth. æqualitat. C. de pact. convent.* & ideo nec Moribus ſervatur, ut *notat. ibid.* Sane ſi æqualitas non in verbis, ſed in ipſis rebus quærenda eſt, ut loquitur Imp. in *d. præf.* vel ſi juſtitia & æquitas honoranda eſt, ut loquitur in *c.* 1. ergo inter marit. & uxor. rectius communio bonor. eſſe debet, liet partes collatæ ſint inæquales, ut *lat. ad l.* 7. *D. pro. ſoc. & alib.* Sed poſita excluſione commun. nequaquam tamen augmentum dotis ad ſe trahit augment. donation. propt. nupt. & ideo *d. c.* 2. abrogatum quoque videri debet, ut *nos lat. ad l.* 19. *& auth. ſeq. C. de donat. ant. nupt.* Reliqua de privilegio dotis excuſſa ſunt ad *l. ult. C. qui pot. in pign. & Nov.* 91.

CAP. III. & IV.

RAtio, cur mulier in *d. c.* 2. præferatur creditoribus mariti in repetit. dot. licet res mariti pecunia eorum comparata ſit vel reparata, addita eſt *ibid.* ſed debilis, & quæ Principi uxorio extorta videtur, ut *nos lat. ad auth. quo jure. C. qui pot. in pig. & alib.* Et ſane ſi mulier debet concurrere cum dictis creditoribus, quando hi primo contraxerunt cum marito, ut ſaltem nonnulli DD. volunt, cur ſecus eſt in caſu contrario? Vide *not. noſtr. ad d. l. ult. C. qui pot. in pign.* Ratio, cur in *c.* 4. creditor, qui credidit ad militiam, præferatur ipſi mulieri, vulgo deſumitur ex ſingulari favore militiæ, ne illa deſtituta deſtituatur tota Reſpub. communior tamen data eſt *ſup. ſæp.* An dictum privilegium poſſit extendi ad creditorem, qui mutuum dedit ad emptione muneris regii, vide apud *Goshofred.* An dictis creditoribus ita ſolis hoc privileg. competat, ut excludatur creditor, qui marito uxoris credidit in cauſa primipilari, ſignificavi ad *l. pen. C. de primipil.* Ergo particula *ſolus* excludit quidem illos creditores privilegiatos, de quib. in *d. c.* 3. *&* 4. agitur, ſed non excludit fiſcum agent. ex cauſ. primipil. *d. l. pen.*

CAP. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. V. & VI.

QUæ ratio, cur in *c.* 5. patri non liceat dotem minuere in ſecundis nupt. quam dederat in primis? Nec favor dotis, nec datio ſemel facta videtur attendenda, cum pater ex pacto manſerit dominus, qui liberam rer. ſuar. adminiſtrat. habere ſolet. *l.* 21. *C. mand.* Si ergo ponatur caſus habilis, ubi ſcilicet communio bonor. int. marit. & uxor. excluſa eſt, poteſt dicta queſtio (ne quid. hic erret *Groenweg.*) uſum habere. Vide tamen *not. noſtr. ad auth. ſed quamv. C. de rei uxor. act.* Ratio, cur in *d. c.* 6. filia teneatur dotem conferre, quando vult concurrere cum fratrib. ad ſucceſſion. parent. & quando maritus mortuus eſt locuples, cuilibet obvia eſt ex ratione & æquitate collationis. Sed quæ ratio, cur ſecus ſit, ſi forſan maritus mortuus ſit inops? Mulier hoc in caſu excuſari non poteſt à culpa, ergo nec à collatione. Vide *huj. cenſ.* ration. plur. quæ & Moribus comprobantur, in *not. noſtr. ad auth quod loc. C. de collat. & ad auth. donat. C. de jur. dot.* An ergo *d. c.* 6. etiam locum habeat in donat. propt. nupt. fruſtra quæritur.

Neque vir. quod ex dote &c.

TITULUS X.
NOVEL. CONSTIT. XCVIII.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & II.

TOtam *hanc Nov.* abrogatam aut ſaltem abrogandam eſſe, notavi ad *l.* 3. *& auth. ux. C. de ſecund. nup. & ad Nov* 22. *& alib. ſæp.* Juvat tamen quaſdam ſummas colligere, quarum prima eſto ex *d. præf.* ſecundæ cogitationes plerumque prioribus prudentiores ſunt. Ex *c.* 1. hæc eſto: favendum eſt liberis prioris matrimonii, quando mater tranſit ad ſecund. ſed modus exequendi præſens non videtur admittendus, ob ration. ad *dd. text. allegat.* An ergo *d. c.* 1. rurſus corrigatur aut temperetur per *Nov.* 127. *cap.* 3. nullus inquiro. Hodie quoque ſeparationem matrimonii ex bona gratia, de quo *c.* 2. non eſſe licitam, notavi ad *l.* 32. §. 10. *D. de donat. int. vir. & uxor. & ad tit. D. & C. de divort. & repud.* An tamen diviſio bonor. poſſit fieri in præjudicium liberor. aut creditor. vide apud *Groen. ad d. c.* 2. *nos alib.* De liberis alendis *dict. ad tit. D. de agnoſc. & alend. liber.*

De duob. reis promitt.

TITULUS XI.
NOV. CONSTIT. XCIX.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

EXcuſſio *d. Nov.* poteſt videri facta in *noſtr. ad auth. hoc ita C de duob. re. ſtipul.* ſed quia quæſtio eſt de intellectu *d. c.* 1. lubet hic noſtram adjicere interpretationem, quæ *pr. d. c.* 1. accipit de duobus correis debendi, qui pro ſe invicem facti ſunt fidejuſſores. Expreſſe enim dicit Imp. ſi quis alterna fidejuſſione obligatos ſummat, quod clarius exprimit græca inſcriptio περὶ ἀλληλεγγύων. Fidejuſſio facti eſt, & ideo inter duos correos promitt. ſimpliciter non præſumitur facta, licet de Moribus non male creditor cogatur dividere action. contra unumquemque correor. pro ſua parte, niſi ab initio aliter convenerit, ut *nos lat. ad d. auth. & tot. tit.* ubi & reliqua *d. c.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

COLLATIO VIII.

De temp. non ſolut. pec. &c.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. C.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & II.

SI exceptio non numeratæ dot. olim competierit toto tempore matrimonii, cur in *d. Nov.* 100. tantum ad bienn. ſi matrimonium ad biennium durat, & ad ann. ſi ſolutum ſit, niſi poſt bienn. & tunc usque ad 10. ann.? Exceptio, quæ ſemel jure Gent. competit, ſemper competere debet, ut *nos lat. ad tit. Inſt. Dig. & Cod. de except. & ad tit. C. de dot. caut. non num.* ubi tamen ingenue fatemur, quod ex confeſſione mariti, qui non præſumitur mortuus cum peccato, præſumatur ſolutio dotis facta, donec contrarium probetur. De ſeparatione ex cauſa repudii dictum eſt ad *d. Nov.* 98. De illis, qui in *c.* 2. vehementer citius contrahunt matrimon. ante ann. 15. dixi ad *tit. Inſt. & D. de nupt.* ubi hoc punctum rectius arbitrio judicis relinquitur.

De donat. à curialib. fact. &c.

TITULUS II.

NOV. CONSTIT. CI.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & *ſeqq.*

HOdie Curiales ſeu Decuriones noſtros contra *d. Nov.* 101. liberam habere ſuorum bonorum diſpoſitionem tam int. viv. quàm mort. notavi *ſup. ad Nov. præced. var. & ad tit. D. & C. de decurionib.* Summa tamen hæc eſto ex *cap.* 1. qui non eſt albo vel corpori inſcriptus, non eſt juſtus decurio aut ſimilis. Secunda ex *cap.* 2. hæc eſto: ſtudium Imp. eſſe debet, ut curiales in curia vel judices in ſuo collegio honeſte ſuſtententur. Tertia ex *c.* 3. hæc eſto: donatio alicujus momenti requirit inſinuat. apud acta, vel aliam ſolennitatem, de qua *lat. ad l.* 27. *C. de donat.* Fiſcus prætendens jus in bon. def. poteſt facere inventar. & ipſis rebus ſignaculum imponere. §. 1. *d. c.* 3. An & quatenus legitima, de qua §. 1. *cap.* 4. ſtatuto tolli aut minui poſſit, dixi ad *Nov.* 18. *& alib. ſæp.*

De moderat. Arab.

TITULUS III.

NOVEL. CONSTIT. CII.

PRÆFATIO.

CAP. I. & *ſeqq.*

QUale ſit hodie officium ſeu munus moderator. ſeu præſid. alicujus provinciæ, de quo *d. Nov.* 102. ſignificavi *ſup. aliquot.* Quibus etiam competat exactio tributor & cura annon. de quib. potiſſim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

potiſſim. *d. Nov.* agit, dixi *itid. ſup. ſæp.* Summa tamen ex *præf.* hæc eſto: univerſa in melius reformanda ſunt. Ex *cap.* 1. præſes moderator alicujus civitatis aut collegii debet viriliter præire ſubditis, & manus ſervare puras. *cap.* 2. magnum inter vallum eſt inter civil. & militar. adminiſtrat. Ex *cap.* 3. omnis perſuaſio ex voluntate Dei metienda eſt.

De proconſul. Palæſt.

TITULUS IV.
NOVEL. CONSTIT. CIII.

PRÆFATIO.
CAP. I. & *ſeqq.*

QUinam hodie aliquo modo aſſimilentur proconſulib. aut præſidibus provinc. de quib. *d. Nov.* dixi ad *tit. de offic. proconſ. & ad tit. de offic. præſid.* Reliqua hiſtorica de Palæſtina, deque Cæſarea vide apud *Gothof. Aliosque ad d. Nov.* 103. Hoc tamen juridicum aut politicum axioma eſto ex *cap.* 2. diverſitas religionis ſolet in provin. aut regionibus ſeditiones parere. An & quatenus diverſæ religiones in una eademque Repub. tolerari poſſint, dixi *alib.* Præſidi provinc. inprimis commendatur quies regionis & exactio tributor. *c.* 3. §. 1.

De prætore Sicil.

TITULUS V.
NOVEL. CONSTIT. CIV.

AN & quatenus Prætores noſtri comparari poſſint cum Prætoribus Romanis, dixi ad *tit. D. de offic. prætor.* Raro & res civiles & militares ſimul tractant, ut in *pr. d. Nov.* Ad quorum curam pertineant publica tributa, quibusque competat judicium provocat. ſeu appellat, dixi *ſup. ſæp.*

De conſulibus.

TITULUS VI.
NOV. CONSTIT. CV.

PRÆFATIO.
CAP. I. & II.

DE officio vel poteſtate conſulum veteri & nova videor dixiſſe ad *tit. D. de orig. jur. l.* 2. §. 16. *& ad tit. de offic. conſul.* Summa tamen ex *d. præfat.* hæc eſto: medium in caſu dubio optimum eſt, de quo & *Ovid. & Horat. & nos lat. ad* §. *ult. Inſt. quib. ex cauſ. manum. non lic.* De ſeptem proceſſ. conſul. de quib. *c.* 1. vide *Gothof. Cujac. Aliosque ad d. c.* 1. Hoc juridicum ſeu politicum ex *fin. d. c.* populo quandoque ſpectacula ad honeſtam voluptatem exhibenda ſunt, ſed nusquam quotidie, cum quotidiana negligat, & rariora mirari ſoleat. Scilicet omnes voluptates commendat rarior uſus. Uxores coruſcant radiis maritor. & mater decoratur honore filii. *c.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

An & quatenus noſtri conſules poſſint non tantum argentum, ſed etiam aurum in vulgus jactare, notavi ad §. 46. *Inſt. de rer. diviſ.* Collegia potation. tollenda. *d.c.2.* Quo ſenſu in *fin. d. c.2.* Deus dicatur leges ſubjeciſſe Imperatori, vel quatenus Princeps dicatur lex animata, dixi ad *l.* 31. *D. de legib. & ad l.* 4. *C. eod. & alib. ſæp.*

De uſur. nautic.

TITULUS VII.

NOVEL. CONSTIT. CVI.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

QUanquam *d. Nov.* 106. corrigatur per *Nov.* 110. attamen hodie ipſam quoque centeſimam uſuram egredi licet, ſi periculi pretium ſit, ut *lat. ad tit. D. & C. de naut. fœn.* Quod tamen longis temporibus ſervatum eſt, juſtum videri debet, nec temere mutandum eſt. *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad l.* 23. *D. de legib.*

De teſtament. imperfect. &c.

TITULUS VIII.

NOVEL. CONSTIT. CVII.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & *ſeqq.*

DE teſtament. parent. inter liber. ſeu de diviſione rerum paternarum inter filios facta parentibus præſentibus & approbantibus ſeu ſubſcribentibus, de quib. *d. Nov.* 107. dixi in *not. & diſp. ad auth. Quod ſine, & auth. Hoc int. C. de teſtam.* Sed quid dicendum, ſi liberi ſubſcripſerint ſcedulæ diviſ. nec à patre ſcriptæ nec ſubſcriptæ? Obligantur liberi tanquam ex contractu, ut *nos lat. ad tit. Inſt. de literar. obligat. Clar.* 3. *ſentent.* §. *teſtam. quæſt.* 14.

De reſtitutionibus.

TITULUS IX.

NOV. CONSTIT. CVIII.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

QUæ ratio quæſo, cur in *d. Nov.* heres ex voluntate teſtatoris non poſſit omnia bona alienare, cum tantum rogatus ſit reſtituere, quidquid ſupererit? Cur cautio præſtanda pro quarta reſtituenda fideicommiſſario? Sane nulla ſolida excogitari poteſt, ut *nos lat. ad auth. contra. C. ad SCt. Trebell.* Sane ſi in cauſa dotis vel redempt. captiv. ipſam quartam alienare poſſit, cur in cauſis ſimilibus ſecus eſt? Si heres ſtudio ſit decoctor bonor. haud dubie auctoritate Magiſtratus coerceri poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De privileg. dot. hæretic. &c.

TITULUS X.

NOVEL. CONSTIT. CIX.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & II.

SI qua privilegia dotis juſte competant, haud dubie Moribus noſtris contra *d. Nov.* etiam competent mulieribus hæreticis, ut hic etiam notavit *Groenweg.* quia quæ proprie hæreſis ſit, hæc lis adhuc ſub judice verſatur, ut *lat. ad tit. Cod. de hæret.* Summa tamen ex *præfat.* hæc eſto: legiſlatio à Deo pendet, ſpeſque in Deum omne imperii principium, medium & terminus. Summa ex *c.* 1. hæc eſto: non eſt juſtum, ut hæretici cum orthodoxis videantur digni æqualibus privilegiis. Summa ex *c.* 2. hæc eſto: pœna ex cauſa hæreſeos pœnitentibus remittenda eſt.

De nautic. uſur.

TITULUS XI.

NOV. CONSTIT. CX.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

HÆc *Nov.* poteſt videri excuſſa in *not ad Nov.* 106. Summa tamen ex hoc jure novo hæc eſto: lex, quæ non valet, reſcindenda eſt. An tamen hoc de lege hic correcta vere dici poſſit, indicavi ad *d. Nov.* 106. An jure Canon. ullum fœnus natuticum tolerari poſſit, dixi in *not. & diſp. ad tit. D. & C. de naut. fœn.*

Hæc conſtit. innov. &c.

TITULUS XII.

NOVEL. CONSTIT. CXI.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

RAtio, cur in *d. c.* 1. antiqua conſtit. de cent. ann. innovata vel revocata ſit ad præſcript. 40. annor. expreſſa eſt in *d. præf.* ſed non eſt ſufficiens, quia etiam poſt cent. ann. poſſunt eſſe probationes de vero dominio. Et ut ut ſit de illa ratione, hoc certum eſt ex jure Divino & ratione naturali, quod domino probanti ſuum dominium res ſua reſtituenda ſit. Sane ipſa loca religioſa vel religioſos œconomos ob negligentiam 40 ann. puniri poſſe non inficior, ſed ſalvis actionib. quæ ipſis competunt, ut *lat. ad l.* 23. *C. de SS. Eccleſ. & ad Nov.* 9.

De litigioſ. & decim. &c.

TITULUS XIII.
NOV. CONSTIT. CXII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

HOdie contra *d. c.* 1. rem litigioſam cedi vel alienari poſſe, notavi ad *tit. D. & C. de litigioſ.* Fruſtra ergo quæritur, an in *d. c.* 1. Imp. per judiciariam convention. intelligat lit. conteſtationem, an ſimplicem vocationem. Quænam tamen res proprie litigioſa ſit, ſignificavi ad *tit. Cod. de lit. conteſt. & alib. ſæp.* Ratio, cur res litigioſa dividi inter coheredes poſſit, vel etiam legari, haud obſcura eſt in ipſo *d. c.* 1. Aliud quid eſſe rem hypothecæ ſubjectam eſſe & litigioſam eſſe, per ſe notum eſt. Reliqua de hypotheca generali, vel ſpeciali, deque actione hypothec. excuſſa ſunt ad *tit. D. & C. de pign. & hypothec. & ſeqq.*

CAP. II. & III.

ILlam cautionem actoris, quam actor in *d. c.* 3. præſtare debet, ſe ſcilicet permanſurum in judicio uſque ad finem litis, hodie in uſu non eſſe, nec pœnam decimæ partis in uſu eſſe, notavi ad §. 1. *Inſt. de pœn. tem litigant. & ad* §. 2. *&* 4. *Inſt. de ſatiſdat. & auth. generalit. C. de epiſcop. & cleric.* De pœna executoris, qui non juſte executus eſt, dixi *alib.* Hodie nec iſtum ann. de quo *c.* 4. præciſe ſervari aut ſervandum eſſe, cum nemo ob ſolam contumaciam jure action. vel except. privari debeat, dixi ad *deſcript. ex d. c.* 4. *auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. jud.* Per quot intervalla dierum hodie edicta citatoria fieri ſoleant, dixi *ibid. & ad l.* 69. *& ſeqq. D. de judic.* De citar. per buccinam aut campanam plura apud *Gothof. ad d. c.* 4.

In medio lit. non fieri &c.

TITULUS XIV.
NOVEL. CONSTIT. CXIII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

RAtio, cur in *d. Nov.* 113. judex non debeat judicare ſecundum ſacras formas aut juſſiones Principis, quæ in medio litis impetratæ dicuntur, reddita quidem eſt in *d. præf. & cap.* 1. ſed videtur propria ſeculi Juſtin. & ideo Moribus non attenditur, ut *notat. ad tit. C. ut lit. pend. vel poſt provocat.* An & quando detur appellatio vel retractatio à ſententia Principis, dixi *alib. ſæp.* Nuntationem illam in caſu dibitationis, de qua in *fin. d. c.* 1. correctam eſſe per *Nov.* 152. notarunt hic *Gothof. Groenew. Aliique.*

CAP. II. & III.

SI *d. c.* 2. accipiatur de reſcript. ambitioſ. quæ græce dicuntur κολακικὰ, quæque ſunt ex gratia, forſan non male ea prohibet Imp. ut *lat. ad tit. C ſi cont. jus vel utilit.* Cœterum male ſe omni moleſtiæ ſubducit, & ideo ſi juſta cauſa ſubeſt, poteſt princeps pendente lite quandoque moleſtari,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

moleſtari, ut *lat. ad d. tit. C. ut lit. pend.* Quod nam hodie ſit initium aut prooemium litis, de quo *d. c.* 3. & quænam ſatiſdatio perſonam confirmet, dixi ad *tit. D. qui ſatiſd. cog. & alib.* Aurea ſententia, quâ Juſtin. in *d. c.* 3. fatetur, ſe ideo à Deo accepiſſe imperium, ut judicet ſecundum leges, latius adprobata eſt in *noſtr. ad l.* 4. *C. de legib.*

Vt divinæ juſſiones &c.

TITULUS XV.

NOVEL. CONSTIT. CXIV.

PRÆFATIO. & CAP. I.

RЕcte in *d. Nov.* ſtomachatur *Gothof.* quod Imp. ſibi blandiens ſuas juſſiones vocet divinas, & epiſcopos homines ſanctiſſimos, ſed cur non animadvertit in neceſſitatem ſubſcriptionis à Quæſtore glorioſiſſimo faciendæ? Quæſtor ille apud Gallos vocatur Cancellarius, teſte *Gothof. ad d. c.* 1. Moribus noſtris, inquit *Groen.* requiritur ſubſcriptio Graphiarii vel Secretarii. Sed neuter aliquid de pæna adnotavit. Sane pœna nullitatis reſctipti ab ipſo Juſtiniano hic rejecta eſt, ſed tamen certa pecuniaria & nimis gravis, & ideo hodie forſan arbitraria, vt *ſup. ſæp.* Adde *not. noſtr. ad auth. Glorioſiſſ. C. de diverſ. reſcript.*

Vt cum de appellat. &c.

TITULUS XVI.

NOVEL. CONSTIT. CXV.

PRÆFATIO. CAPIT. I. & II.

RAtio, cur in *d. c.* 1. nova lex ſaltem in caſu dubio non porrigatur ad negotia jam finita vel per ſententiam definitivam, vel per tranſactionem, data eſt ad *l.* 7. *C. de legib. & Nov.* 73. *c.* 4. Hodie iſtas dilation. 30. dier. de quib. *c.* 2. agit, potius arbitrio judicis relictas & relinquendas eſſe, dixi ad *auth. jubem. C. de judic. & ad tit. D. & C. de dilat.*

CAP. III.

QUanquam hoc *cap.* 3. poſſit videri excuſſum in *not. noſtr. ad auth. non licet. & ad auth. ex cauſ. C. de liber. præt. & ad tit. Inſt. de exheredat. liber. & ad tit. D. de liber. poſth. inſtit. vel exhered.* tamen ob inſignem uſum & varias *d. c.* 3. explanat. decretum nobis eſt, ſingulos §§. *d. c.* executere. Dum ergo Imp. in *pr. d. c.* dicit, ſe præſenti legi aliud quoque capit. addere, ſeque ſancire, ut penitus non liceat patri vel matri præterire vel exheredare liberos, hinc omnino ſequitur, teſtamentum parentum, quod poſt *dict. cap.* 5. factum eſt, ipſo jure nullum eſſe, ſi liberi in eo vel præteriti ſunt, vel ſine expreſſione cauſæ exheredati. Nec ſufficit liberis reliquiſſe legitimam titulo donat. vel legat. vel fideicom. & ideo relinquenda eſt titulo inſtitutionis. *pr. d c.* 3. Hæc eſt commun. dictor. verbor. explicatio, inque foro recepta, licet Fabri, Aliorumque explanatio de omnibus bonis liberis relinquendis juri Divino convenientior ſit. 2. *Corinth.* 12. Ergo non ſufficit liberis relinquere legitimam, etiamſi titulo inſtitutionis relicta ſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ſed oport liberis omnia bona relinquere, niſi tamen ſe illis graviter indignos fecerint, ut *alib. lat.* Cauſa exheredationis debet eſſe inſerta. *d. pr.* & ideo nec heres audiendus, licet cauſam exheredationis forſan probare poſſet, ſi non ſit inſerta & probata. Taxativa autem in *d. pr.* eſt locutio quoad alias cauſas antiquas & rejectas, ita ut ex nulla alia lege antiqua ingratitudinis filius poſſit exheredari, ſed haud dubie tamen ob alias cauſas graviores novas vel ſimilis. *l.* 12. *D. de legib.* ut *lat. in diſp. noſtr. ad d. tit. Inſt. de exhered. liberor.*

Omnes illas exheredationis cauſas, quæ in §. 1. *& ſeqq.* recenſentur, hodie arbitrarias videri, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane ſi §. 3. applicetur filio, qui patrem ob crimen detulit, vix videtur recipiendus, ſi vere detulit. Hinc §. 7. vulgo accipitur de filio calumniatore, qui fuit συκοφάντης κατὰ τῶν γονέων. Et quia Imp. in §. 11. tantum de filia loquitur, ideo ſecus videtur in filio, qui ſine conſenſu parent. matrimonium contraxit. Poteſt tamen exheredari ex conſtit. Caroli 5. quæ dura videtur, ſi filius uxorem duxerit honeſtam, ut *alib. lat.* Ceuſura dignum videri §. 12. notavi ad *auth. liberi. C. de epiſc. aud.* Eadem nota notandus videtur §. 13. ut *nos lat. ad deſcript. ex d.* § 13. *auth. ſi captivi. C. de epiſcop. & cleric.* Hæreticorum quoque pœnam, de qua in §. 14. nimis duram eſſe, notavi ad *auth. Item eſt de Neſtor. C. de hæretic.* Eccleſia olim in bonis clerici hæretici fiſcum excludebat. *d.* §. 14. ſed hodie ſecus eſt, ut etiam teſtatur *Clar.* 5. *ſent.* §. *hæres.* In Hiſpania bona hæretici applicantur fiſco regio, quamvis liberi ſint orthodoxi. *Gothof. ad d.* §. 14. Hoc tamen jure novo legata vel fideicommiſſa debentur, licet teſtamentum nullum, ſit vel reſcindendum quoad heredis inſtitutionem. *d. c.* §. *in fin.* ubi etiam nulla ſit mentio, de querela inoff. teſtam. & ideo recte ſtatuitur, quod querela inoff. teſtam. jure novo ceſſet & in linea deſcendenti & aſcendenti *d. loc. & cap.* 4. §. 9. *& cap.* 5. *in pr.*

CAP. IV.

POſſet & hoc *c.* 4. videri excuſſum in *not. noſt. ad auth. In teſtam. Cod. ad SCt. Tertullian.* ſed quia in *d. c.* variæ quoque quæſtiones & utilitates continentur, operæ pretium videtur, ſi ſingulas *d. c.* partes paulo accuratius percurram. Nequaquam liberis licet bona ſua propria (ſcilicet caſtrenſia, in quib. filiif. tantum licent. teſtandi habent) in alios transferre & parentes præterire, aut ſine cauſa exheredare. *pr. d. c.* 4. Ergo ſi ſecus factum eſt, teſtamentum liberor. nullum erit. *d. pr.* junct. *l.* 5. *C. de legib. &* §. 9. *d. c.* 4. ubi dicitur, quod tale teſtamentum filiorumfam. nullam vim habeat, & ideo non opus eſt aliqua querela aut petitione bon. poſſeſſ. An ſeptem illæ exheredationis cauſæ, de quib. in §. 1. *& ſeqq.* poſſint extendi ad ſimiles vel graviores, & an hodie arbitrariæ videri debeant, ſignificavi ad *c.* 3. *præced.*

CAP. V. & VI.

SOla Imp. intentio in *hac Nov.* eſt, ut tollat omnem ſpeciem injuriæ, quæ liberis vel parentibus infertur vel per præterit. vel exhered. iniquam *pr. d. c.* 5. & ideo ceſſat querela inoff. teſtam. quia alias contra intent. Imp. filius vel pater inique præteritus vel exheredatus jure novo eſſet in deteriori conditione, quam jure veteri, ſi ſcilicet herede etiam non probante adhuc teneretur movere querel. inoff. teſtam. & ſeſe purgare à præt. vel exhered. ut *lat. ad tit. Inſt. de exhered. liber. & ad tit. Inſt. de inoff. teſtam. & alib.* An & quando hodie creditor heredes defuncti poſſit moleſtare pro debito hereditario, de quo caſu §. 1. dixi ad *auth. ſed neque. C. de ſepul. viol. & ad Nov.* 60. *c.* 1. Abrogatum eſſe *d. c.* 6. quatenus imperſonaliter loquens non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

non obligaretur, notavit *Autumn. ad auth. Si quando. C. de conſtit. pecun.* Diſtinxit *Groen. ad eand.* nos ſequuti *Autumn.* dedimus ration. & in *not. & in diſp. ad d. auth.*

Vt neque miles &c.

TITULUS XVII.
NOVEL. CONSTIT. CXVI.

PRÆFATIO. & CAP. I.

ISTæ quidem militum retentiones in domo vel propria poſſeſſione hodie raro fiunt, aut fieri poſſunt, & ideo pœnæ quoque in *d.c.* 1. expreſſæ rectè dicuntur abrogatæ, ſed tamen hæc regula colligitur ex *d. c.* 1. quod milites non debeant occupari circa privatas utilitates cum diſpendio Reipub. & ſi ſecus fiat, hoc delictum arbitaria pœna puniendum eſt. *arg. d. c.* 1. Adde *not. noſtr. ad l.* 31. *C. locat.*

Vt liceat matri &c.

TITULUS XVIII.
NOVEL. CONSTIT. CXVII.

PRÆFATIO. CAP. I. & II.

RAtio, cur in *d. c.* 1. pater, qui reliquit legitimam, cœteris liberis cœtera bona relinquere poſſit, adjecta eſt in *pr. d. c.* 1. ſed ratio rationis latius excuſſa eſt ad *c.* 3. *Nov.* 115. Ratio, cur in *d. pr.* teſtator ſub illa conditione poſſit alicujus filio relinquere bona, ne patri adquiratur uſusf. facile colligitur ex *l.* 5. *D. teſtam. quemad. aper. & l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* Ratio, cur in §. 1. filiusfam. legitimæ ætatis, id eſt, 25. annor. ut apertiſſime conſtat ex verb. ſeqq. poſſit *διοικεῖν* ſeu adminiſtrare & alienare bona adventitia, in quib. pater non habet uſumf. vulgaris eſt, & data ſæp. ad *tit. C. qui legit. perſon & alib.* Male ergo ex *d.* §. nonnulli probant, quod Jure Romano ſaltem novo filiusſam. poſſit facere teſtament. de bon. adventit. in quib. pater uſumf. non habet. Moribus tamen poteſt, ut *notat. ad l.* 8. §. 5. *C de bon. quæ liber. & alib. ſæp.* De curatore minorib. 25. ann. dando ſub fidejuſſ. rem pup. ſalv. for. de quo in ſecundo membro *d.* §. 1. dixi ad *tit. Inſt. de ſatiſd. tut. & alib. ſæp.* Si quis in inſtrumento legitimo nominatus ſit filius, præſumitur filius legitimus, donec contrarium probetur. *d. c.* 2. Ergo ſimplex nominatio filii non facit filium naturalem legitimum, ut *itid. dict. ad auth. Si quis liber. C. de natur liber.*

CAP. III. & IV.

RAtio, cur in *d. c.* 3. liberi nati ex matrimonio, quod ſine dotalibus inſtrumentis contractum fuit, comparentur legitimis, qui nati ſunt ex matrim. quod cum dot. inſtrum. celebratum eſt, addita eſt *ibid* & in *l.* 15. *D. de condit. & demonſtrat.* Haud male tamen ſolennitas requiritur ſub pœna pecuniaria, ut lat. ad *l.* 5. *&* 6. *D. de rit. nupt.* ſed male ſub pœna nullitatis matrim. aut illegitimit. liberor. ut fit in *d. c.* 4. de quo *nos lac. ad auth. maxim. C. de nupt. & ad auth. Sed novo jure. C. de nat. liber.*

CAP. V. & VI.

EXcuſſio *d. c.* 5. facta videri poteſt cum ratione & uſu ejuſd. in *not. & diſp. noſtr. ad auth. præterea. C. und. vir & ux.* De ſolo uſu mulieri in *d. c.* competente dixi ad *l.* 3. *C. de ſecund. nupt.* De qua quarta vir. ſecund. prior. leg. agatur in *fin. d. c.* 5. ſignificavi in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

l. ult. §. 1. *C. de repud.* Ratio, cur in *d. c.* 6. viri mediocris dignitat. poſſint viliores fœminas in uxores ducere etiam ſine dotalibus inſtrumentis, data eſt *ſup. aliquot.* Sed quæ ratio, cur ſecus ſit in viris majoris dignitat.? Nulla ſane dari poteſt ſana, niſi ſub pœna pecun. tantum dotalia inſtrumenta requirantur, ut *ſup. lat.*

CAP. VII. VIII. IX. & X.

AN jus Canon. præferendum ſit *d. c.* 7. ſcilicet quoad liberos alendos apud utrumque parentem, licet divortio ſeparati ſint, dixi in *not. & diſp. ad tit. C. divort. fact. apud quem liber. mor.* ſed arbitrio judicis nequaquam excluſo, licet *l. un. d. tit. C. in d. c.* 7. correcta videatur. Reliqua *d. c.* 7. perſpicua ſunt. De cauſis, propter quas maritus ab uxore poſſit facere divortium & dotem lucrari, de quib. *d. c.* 8. dixi & ad *auth. ex d. c. deſcript. ſed novo jure. C. ad l. Jul. de adult. & ad tit. D. & C. de divort. & repud.* Cauſas, ob quas mulier marito poſſit mittere repudium, & lucrari donat. propt. nupt. de quib. *d. c.* 9. allegavi ad *auth. ſed novo & tot. tit. C. de repud. & ad Nov.* 22. Sed quo jure hic privatus ſentit lucrum ex delicto privati? Sane damni dati, aut oneris manentis habendam rationem eſſe, nemo inficiabitur. Hodie illam ſubſcription. in crim. talion. vel etiam accuſationem, de quib. *d. c.* 9 & 8. *præced.* in uſu non eſſe, ſignificavi ad *d. c.* 8. & *alib. ſæp.* Apud orthodoxos ſeu reformat. ne quidem prætextu caſtitatis ex communi conjugum conſenſu licite diſſolvi matrimonium, notatum contra *d. c.* 10. eſt in *noſtr. not. ad auth. quod hodie C. de repud. & in ſeqq. & alib. ſæp.*

CAP. XI. XII. & XIII.

QUamdiu mulier debeat exſpectare maritum in expeditione degentem, quo de caſu *d. c.* 1. dixi ad *auth. hodie. C. de repud. & ad Nov.* 22. *c.* 14. & *alib.* Pœnam ejus, qui mentitus eſt, aliquem mortuum eſſe, hodie arbitrariam videri, ſignificavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in primo caſu *d. c.* 12. liceat ſine pœna matrimonium ſolvere, hæc eſt; quia omnis uſus & totus finis matrimonii deficit, quando nulla datur corporis commixtio, & ideo tale matrinium non tam ſolvitur, quam ipſo jure nullum eſt, ut *notat. ad l.* 10. *C. de repud. & alib.* Reliqui duo caſus de caſtit. & temp. excuſſi & rejecti ſunt in *d. c.* 10. & *ſeq.* Ratio, cur in *d. c.* 13. mulier vel vir puniatur iſtis pœnis, quæ in *d. c.* enarrantur, quando mulier ſine cauſa marito repudium miſerit, vel vice verſa, ſolida dari non poteſt, & ideo merito abrogatæ dicuntur, ut notavit *Groenw. & nos alib. ſæp.* Sed tamen non omnis pœna abrogata dici poteſt, quum delictum ſit, quod ſaltem arbitraria puniri debeat. An & quatenus maritus fructus dotis ſibi reſervet, quando mulier ſine cauſa extra domum mariti maneat, ſignificavi ad *d. c.* 9. & *alib.*

CAP. XIV. & XV.

HOdie illa pœna tert. part. antenupt. de qua *d. c.* 14. agit, nequaquam ſervatur, ſed tamen arbitraria, ut hic etiam notavit *Groen.* Sane flagellata mulier facile impetrabit ſeparationem thori & menſæ, & alimentorum præſtationem, cum maritus in culpa ſit. An & quatenus maritus uxorem caſtigare vel verberare poſſit, dixi ad *tit. C. de emendat. propinq. & alib.* Contra jus Divinum in caſu *d. c.* 15. marito dari licentiam occidendi, notavi ad *auth. ſi quis. C. ad l. Jul. de adult. & ad l.* 22. & *ſeq. D. eod.* Pœnas tamen creſcere ratione loci, nemo dubitet. De jure aſylorum dixi ad *tit. Cod. de his qui ad Eccl.* Quales partes in cauſa adulterii competant Eccleſiæ, qualesque judici civili ſeu politico, dixi ad *d. tit. D. & C. de adulter. ad eund. in jure Canon.* Lex nova non porrigitur ad caſus ſententia aut tranſactione jam deciſos. *epilog.* de quo *nos lat. ad l.* 7. *C. de legib. & alib.*

COLLA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

COLLATIO IX.

De heredib. ab inteſt. &c.

TITULUS I.

NOVEL. CONSTIT. CXVIII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

TRes ſunt gradus ſuccedentium ab inteſt. (ſcil. cognatorum) deſcendentium, aſcendent. & collateral. *d. præf.* In genere vero ſunt quatuor, cognatorum, unde vir & uxor, ſervor. qui libert. conſervand. grat. ſuccedunt, & Fiſci, duob. caſib. except. ut lat. ad hanc mater. in *Inſt. Dig. & Cod.* Ratio, cur in *d. c.* 1. liberi præferantur parentibus & fratribus defuncti, facile colligitur ex proximitate ſanguinis, ſalvo tamen jure repreſentationis, quod in fortiore ratione fundatum eſt, puta in commiſeratione. Hinc liberi diverſorum graduum ſuccedunt in ſtirpes. *d. c.* 1. quia ſatis lugubre eſt, quod amiſerint parent. ergo non ſimul debent amittere bona parent. Quod hoc jus repræſentat. etiam ultra quartum gradum ſeſe extendat, manifeſte apparet ex *d. c.* 1. ubi extenditur ad quoslib. deſcendent. ſublata omni differentiam emancipat. & patr. poteſt. agnat. & cognat. Adde *not. noſtr. ad auth. in ſucceſſ. C. de ſuis & legit. hered.*

CAP. II.

RAtio, cur in *d. c.* 2. parentes ſecundum gradus prærogativam ſuccedant liberis, qui ſine liberis diſceſſerunt, indicata eſt ad *c. præced.* Scilicet qui ratione ſanguinis eſt proximior, ille proxime ſuccedit ab inteſt. **Die naeſt is in 't bloed/ is naeſt in 't goed.** Hęc vox populi videtur vox Dei, aut parœmia ſeu tritum proverbium inſtar conſuetudinis obligans. Unde etiam ſanguine æquales æqualiter ſuccedunt. *d. c.* 2. Sed quæ ratio, cur in *d. c.* frater germanus defuncti concurrat cum patre vel avo defuncti? Vix ſolida dari poteſt, niſi ex jure ſolatii, quod ſaltem aliquam partem bonorum tribuit, licet pater & filius ſint in primo gradu, & duo fratres in ſecundo. Habeat ergo pater vel mater duas partes, & frater unam, ut *lat. in not. ad auth. defunct. C. ad SCt. Tertullian. & diſp. noſtr. ad tredec. titul. Lib.* 3. *Inſt. & alib.* Variantes Mores vide *ibid.* ſed de jure Romano nec avus fratrem defuncti, nec frater avum excludit. *d. c.* 2. De uſufructu nihil adjicio vel ad hoc *cap.* 2. vel ad *cap.* 1. quia hodie nec avo nec patri adquiritur, ut *notat. ad tit. Inſt. per quas perſon. & alib. ſæp.* Ratio, cur in *d. c.* 2. non diſtinguatur inter bona paterna & materna, ſatis obvia eſt & data jam *ſæp.* ideoque fruſtra de ea ſine reſponſ. quærit *Godoph. hic.*

CAP. III.

RAtio, cur in *d. c.* 3. fratres utrimque conjuncti ſive germani præferantur fratribus conſanguineis & uterinis defuncti, qui ſcil. ſine liberis & parentibus mortuus eſt, videtur quoque ex ratione ſanguinis colligenda, cum duplex vinculum magis liget, quàm ſimplex. Verum ut verum fatear, illa ratio non tem excludit, quam duplicem portionem tribuit, ut etiam in multis locis uſu receptum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vide *not. noſtr. ad auth. ceſſant. & ſeqq. C. de legit. heredib. & diſp. noſtr. ad dict. tredec. tio. Inſt. Lib.* 3. Ratio, cur in *d. c.* etiam fratrum germanorum præmortuorum filii excludant fratrem conſanguineum vel uterinum defuncti, data eſt & ad *dd. auth. & d. c.* 1. Ratio, cur in *d. c.* 3. frater conſanguineus cum uterino concurrens æqualiter ſuccedat (nulla ſcilicet habita ratione bonor. patern. & matern.) data eſt ad *l.* 13. *C. de legit. hered. & ad Nov.* 84. *c.* 1. §. 2. qui hic corrigitur verſ. ſive per patr. ſolum ſive per matr. &c. An *d. c.* 3. etiam in eo recte ſit correctum, quod fratrum Germanorum prædefunctorum filii non concurrant cum patruis ſeu fratrib. Germanis defuncti & parentibus defuncti, oſtendam *lat. ad Nov.* 127. *cap.* 1. An fratrum præmortuorum filii patruo ſuccedant in ſtirpes, an in capita, vix ex *d. c.* 3. probari poteſt, niſi ex generali intentione Imp. qui in ſucceſſ. ab inteſt. duntaxat rationem ſanguinis ſpectandam exiſtimat. Vide *not. & diſp. noſtr. ad l.* 3. §. 2. *D. de ſuis & legit. hered. & ad dict. tredec. titul. Inſt. Lib.* 3. Quæ ratio denique, cur in §. 1. *d. c.* 3. jus repræſentationis in linea transverſali tantum ſe extendat ad tert. grad. incluſive, atque adeo pronepotes non ſuccedant in locum parentum, quando agitur de ſucceſſ. patrui? Vix ſolida dari poteſt, & ideo in multis locis admittuntur ex jure commiſerationis, de quo *ſup. & in d. diſp. ad d. tit. Inſt.*

CAP. IV. & V. & VI.

RAtio, cur in *d. c.* 4. ſublata ſit differentia inter agnatos & cognatos quoad ſucceſſion. ab inteſtat. data eſt ad *præced. cap. ſæp. & ad tit. D. de legit. tut.* Qui ratione ſanguinis eſt proximior, ille proxime ſuccedit ab inteſt. & per conſequens eſt proximus tutor. *d. c.* 5. ubi dum mater præfertur cognatis à latere ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſt. ergo etiam præfertur aviæ & avo, ut *alib. lat.* Præfertur ergo à latere cognatis defuncti filii maxime, ſed tamen etiam aviæ & avo, quum jure ſanguinis præcedat. Hodie matres nec ad ſecundar. nupt. nec SCt. Vellejani renuntiation. teneri, dixi ad *tit. C. quand. mul. tut. offic. & alib. ſæp.* Quæ ratio etiam, cur in *d. c.* 6. ſucceſſio hoc modo excuſſa tantum locum habeat inter Catholicos, non vero hæreticos? An hæreſis tantum delictum, præſertim dubia & controverſa? Recte ergo hic notavit *Groen. d. c.* 6. hodie non ſervari, ut *nos ad Nov.* 115. *c.* 3. quod in *d. c.* 6. denotatur.

Ut ſponſalit. largit. &c.

TITULUS II.

NOV. CONSTIT. CXIX.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

RAtio, cur in *d. c.* 1. ſponſalitia largitas ſeu donatio propt. nupt. ſit contractus, facile colligitur ex definit. contract. de qua *nos lat. ad l.* 7. §. 2. *& 4. D. de pact.* Ratio, cur ſit ſpecialis, adjecta eſt in *d. c.* 1. ſed illa æqualitas dotis hodie non ſervatur, ut *dict. ad auth. æqualit. C. de pact. convent. tam ſup. dot.* Ratio, cur dicta donatio propt. nupt. non requirat inſinuation. apud acta, hæc dari ſolet, quia fit ob onera matrimonii ſuſtinenda, non vero ex mera liberalitate. An tamen illa ſufficiens ſit, notavi ad *auth. eo de curſ. C. de donat. propt. nupt. & ad l.* 22. *C. de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

donat. & §. 2. *Inſt. eod.* Excuſſio *c.* 2. quod de ſervo agit, facta videri poteſt in *auth. Sed hod. C. qui manum. non poſſ.*

Cap. III. IV. & V.

Ratio, cur in *d. c.* 3. non credatur inſtrumento, quod ſe ad aliud inſtrumentum refert, niſi hoc probetur aut producatur, data eſt ad *auth. Si quis in aliq. C. de edend.* Ratio, cur in *d. c.* 4. appellationis tempus non currat, quando per judicem ſtetit, quominus cauſa ſit examinata, cuilibet obvia eſt, atque data ad *auth. Si appell. C. de temp. & reparat. appell.* Quis judex hodie comparetur præfect. prætor. de quo *d. c.* 5. dixi ad *auth. Quæ ſupplic. C. de precib. Imp. offer.* ubi *lat.* de materia ſupplicat. vulgo **revisie.**

Cap. VI. VII. & VIII.

Hodie abſentibus creditoribus, de quib. *d. c.* 6. non dari tres menſes, ſed tantum tria vel quatuor edicta citat. dixi ad *auth. Si omn. C. ſi min. ab heredit. abſtin.* Sane arbitrium judicis raro aut nunquam excluſum videri debet, ut *ſignificat. ibid.* Illam præſcription. de qua *d. c.* 7. hodie non ſervari nec ſervandam videri, notavi ad *auth. malæ fid. C. de præſcript. long. temp.* Cur ergo in *c. ſeq.* 8. tot anni debeant adjici, quot quis abſens fuit, ut decem anni compleantur, nullus inquiro.

Cap. IX. X. & XI.

Ratio, cur in *d. c.* 9. teſtamentum valeat, licet teſtator ſua manu nomen heredis non expreſſerit, modo expreſſerit alius octavus, hæc videtur; quia ſufficit, ſi de fundamento conſtet. §. 34. *Inſt. de legat.* Sed quid, ſi de herede conſtet ſine inſcriptione? Vide *not. noſtr. ad auth Et non obſerv. C. de teſtam. & ad Nov.* 66. *c.* 1. §. 4. An & quatenus *d. c.* 10. corrigat *c.* 1. *Nov.* 55. dixi ad *d. c.* 1. Sane ſi Eccleſia per tranſlationem poſſit Imperatorem facere dominum rei immobilis Eccleſiaſticæ ut eum tranſlatæ, ergo & Imp. recte in *d. c.* 10. ſibi adſcripſit illam facultatem, in poſſit eandem rem in alium transferre. Facilior ſum in adprobando *d. c.* 11. quod falcid. prohibet in legato, quod teſtator alienari vetuit, cum recte Morib. quarund. Gent. omnis falcidia ſeu detractio quartæ improbata ſit, ut *lat. ad auth. Sed & in ea. C. ad l. Falcid.*

De alienat. & emphyt. &c.

Titulus III.
NOV. CONSTIT. CXX.

PRÆFATIO. & Cap. I.

Diverſæ leges diverſis in locis extantes de eadem re recte in unam rediguntur. *d. præfat.* An & quando res Eccleſiæ veræ, vel res orphanotroph. xenodoch. &c. alienari vel in emphyteuſ. dari poſſint, dixi ſupra ad *Nov.* 7. & *ad l.* 14. *C. de SS. Eccleſ.* An & quando res iſtius Eccleſiæ Romanæ, de quibus *hic* Juſtin. agit, poſſint alienari vel in emphyteuſ. dari, dixi *ibid. & alib. ſæp.* An ex §. 2. *d. c.* 1. probare liceat, quod etiam domus in emphyteuſin dari poſſit, dixi ad *auth. Si quas ruin. C. de SS. Eccleſ.*

Cap. II. III. IV. & V.

Ratio, cur in *d. c.* 2. uſus rei Eccleſ. immobil. concedi poſſit, quando idem reditus ex alia certa re redditur, hæc eſt; quia hoc caſu non fit alienatio, aut ſaltem non fit contra veriſimilem voluntatem teſtatoris, ut etiam *dict. ad*

c. 4. Nov. 7. Eadem eſt ratio, cur in *c. 3.* locatio poſſit fieri ad 30. ann. & quidni ad cent. ſi ſubeſt manifeſtum Eccl. vel venerabil. domus commodum? Eadem eſt ratio, cur in *c. 4.* liceat res immobiles Eccleſ. dare in *ἀντίχρησιν* pignori ob tributa fiſcalia ſolvenda, vel alliam neceſſitatem ſupervenientem. Et ideo hic eſt temperamentum *l. ult. C. de reb. alien. non alienand.* Sed quæ ratio, cur in *c. 5.* nec œconomi, nec affines eorum poſſint conducere, aut in emphyteuſin accipere, aut in *ἀντίχρησιν*? Sane Moribus dictam prohibitionem, atque adeo pœnas iſtas graviores *d. c.* ceſſare certum eſt, ut conſtat ex *noſtr. ad auth. Quibuscunque. C. de SS. Eccleſ. & ad l. 5. C. de cont. empt.*

CAP. VI.

EMphyteuſin vel perpetuam vel temporalem conſtitui, apparet ex §. 1. *d. c. 6. & ex noſtr. ad l. ult. D. ſi ag. vectigal.* Reliqua de reb. aliar. eccleſiar. extra civitat. Conſtantinopolit. apud Belgas inutilia ſunt, aut quatenus utilia ſunt, poſſunt videri excuſſa ad *auth. perpetua. C. de SS. Eccleſ. & ad auth. Hoc jus. C. eod. & ad Nov. 46. cap. 1. Nov 54. & 67.* Summæ tamen quædam, quæ & in noſtris bonis Eccleſiaſticis, & in aliis ſimilibus uſum habere poſſunt, adjiciendæ ſunt. Prima hæc eſto: multum deferendum eſt majori parti adprobantium, quando agitur de alienatione rei, quæ ad collegium pertiner. *d.* §. 1. Conſenſus majoris partis repræſentat univerſitatem, & ideo judices dictum conſenſum ſequi ſolent. §. 2. *& l. 7. in fin. D. de pact.* An & quando acta Eccleſiaſtica vel alterius venerabil. domus debeant fieri gratis, dixi *ſup. aliquot.* An in auctione ſeu ſubhaſtatione incipiendum ſit à minima quantitate ad majorem, an contra, videtur arbitrio judicis aut loci conſuetudini relinquendum. Illam adjectionem decim. pret. quam creditor in *d.* §. 2. facere debet, licet rem æſtimatam acceperit in ſolutum, pugnare cum jure poli & conſcientiæ, dixit *Bald. ad auth Hoc jus porrect. C. de SS. Ecclef.*

CAP. VII. & VIII.

SUmma ex *d. c. 7.* hæc eſto: toties permittitur permutatio rei eccleſiaſtic. vel venerabil. dom. quoties ſervatur indemnitas, de qua major pars teſtatur, quod talis ſit, & quod nulla proditio vel gratia interceſſerit. Hinc etiam in §. 1. *d. c. 7.* res, quæ Eccleſiæ eſt oneri, poteſt diſtrahi. Reliqua excuſſa ſunt & ad *l. 10. Nov. 7. & ad Nov. 54. cap. 1. & ad auth. multo mag. C. de SS. Eccleſ.* Moribus (quibus bona emphyteutica fere nihil aliud ſunt, quàm allodialia) biennium, de quo *d. c. 8.* minime ſervari aut ſervandum eſſe, ad moræ purgationem admittendam eſſe, notavi ad *l. 2. C. de jur. emphyt. & ad auth. Qui rem. C. de SS. Eccleſ. & ad* §. 3. *Inſt. de locat.*

CAP. IX. X. & XI.

RAtio, cur in *d. c. 9.* res Eccleſiaſt. poſſint alienari pro redempt. captivor. data & excuſſa eſt ad *l. 21. C. de SS. Eccleſ. & ad Nov. 65.* An dicta exceptio poſſit admitti, quando teſtator ſimpliciter prohibuit, ne ſuæ res Eccleſiæ relictæ alienarentur, ſignificavi *ibid. Gothof. hic.* De ſacris vaſis, de quib. *d. c. 10.* nihil, quia nulla agnoſcimus, aut ſi quæ ſint, alienari poſſunt, ut *ſup. ſæp.* Adde *not. noſtr. ad auth. præterea. C. de SS. Eccleſ.* Hodie nec contrahentes contra formam *d. Nov. 120.* nec notarios conſcribentes puniri iſtis pœnis, de quib. *cap. 11.* ſignificavi jam ad *d. Nov. & ad auth Qui res. C. de SS. Eccleſ. & alib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt particular. uſurar. &c.

TITULUS XIV.

NOV. CONSTIT. CXXI.

PRÆFATIO.

CAPIT. I. & II.

RAtio, cur in *d. Nov.* 121. particulares uſurar. ſolutiones in duplum computentur, vix ſolida dari poteſt. Etenim ſi uſuræ tempeſtive ſolutæ fuiſſent, eas creditor alii ſub uſuris dare potuiſſet. Sane ſi uſuræ jam adæquatæ ſorti pacto redactæ ſint in novam ſortem apud eund. debitor. haud dubie talis conventio ſervanda eſt, ut *lat. ad l.* 27. *C. de uſur. & l.* 29. *D. eod.*

Edict. pientiſſ. &c.

TITULUS V.

NOVEL. CONSTIT. CXXII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

AD hanc *Nov.* 122. ſimpliciter ſcripſit *Groen. exolevit.* Sed quid exolevit? An ergo hodie agricolæ, vel nautæ, vel artifices mercedis nomine plus veteri & recepto more exigere poſſunt? Utique etiam Morib. noſtr. lucri cupido contra conſuetudinem ingruens coercenda eſt. *d. præfat.* nec duplo aut triplo plus quàm conſtitutum eſt, ſtipulari licet. Quid dicendum ſit, ſi nulla lex vel conſuetudo prohibeat, dixi ad *l.* 22. §. 3. *D. locat. cond.*

De ſanctiſſ. epiſcop. &c.

TITULUS VI.

NOV. CONSTIT. CXXIII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

IMperatoris eſt diſponere de ordinat. epiſcopor. *d. præf.* Hodie tamen primates civitat. de quib. *d. c.* 1. non tam ad electіon. quàm adprobationem vocari ſolent. In quæſtione, qua quæritur, penes quos ſit Paſtoris vel Miniſtri Eccleſ. deſignatio aut electio, tutius videtur eligi media via, quæ nec Magiſtratum Chriſtianum excludit, nec Præpoſit. Eccleſ. nec Populum, ut *lat. & ſæp. ad jus Canonic.* An & quatenus epiſcopus ſeu paſtor debeat eſſe cœlebs, dixi *ſup. ſæp.* Qualis in cœteris eſſe debeat, apparet ex 1. *Timoth.* 3. *& ex* **Kerck. Ordening.** *& ex formul.* **om te bevestigen de Dienaer. des Godd. Woorts** &c. Ætas 35. ann. in §. 1. mutatur in 30. ann. *Nov.* 137. *c.* 2. ſed hodie hoc rectius arbitrarium ſtatuitur, ut *lat. ad diſtinct.* 87. *& alib.* Hodie quoque illud tempus, de quo § 2. nequaquam ſervatur, ſed annus gratiæ ſolet indulgeri viduis paſtoris defuncti, ut *alib. lat.* Si *pr. cap.* 2. applicetur ei, qui falſo detulit

Epiſcop.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Epiſcop. vel Presbyterum, pœna erit arbitraria, ut & eo caſu, ſi procurator fiſci temere accuſaverit, ut *ſupra ſæp.* Sane ſine duob. vel trib. teſtib. non videtur audiendus. 1. *Timoth.* 5. *v.* 19. Pœnas quoque ejus, qui vel dedit aliquid pro Epiſcopatu, vel accepit, de quib. §. 1. hodie aliter ſervari, notavi ad *l.* 31. *C. de Epiſcop. & Cleric. & ad Nov.* 6. *& alib. ſæp.*

CAP. III. & IV.

RAtio, cur in *d. c.* 3. Epiſcopus vel Paſtor Eccleſ. poſſit res ſuas offerre Eccleſiæ (quod apud Nos raro fit) & ante ordination. & poſt. ordinat. adjecta eſt *ibid.* ſed quæ magis adprobet oblation. quæ poſt ordinat. facta eſt, quàm eam, quæ ante facta eſt; cum hæc ſpeciem ambitus continere videatur. An in *d. c.* ipſe Papa vel Epiſcop. primar. ſed. recte juſſu Imp. pro inthroniſtico vel cathedratico ſolvat 20. libr. aur. fruſtra quæri videtur. Ipſe quoque *Gothof.* hic fatetur, quod dictæ dationes nulla lege Divina probari poſſint, ſed tantum conſuetudine, quæ in noſtris Eccleſiis abrogata eſt. An tamen pauperibus pro ordinat. aſſignari poſſit, ſignificavi *alib.* De curialib. & adſcript. qui facti ſunt Epiſcopi, de quib. *d. c.* 4. dixi ad *auth. Epiſcop. ord. C. de Epiſcop. & Cleric.*

CAP. V. & VI.

AN & quando Presbyteri aut Diaconi poſſint eſſe tutores vel teſtamenmentarii vel legitimi, rectius quàm in *d. c.* 5. relinquitur arbitrio judicis ſeu cameræ pupillaris. Sane ſi dicti Eccleſiaſtæ probabiliter probent, quod per adminiſtrat. tut. fieret præjudicium Eccleſiæ, cui inſerviunt, facile excuſatio concedenda eſt, ut *lat. ad l.* 52. *& auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* Ratio, cur in *d. c.* 6. Eccleſiæ Miniſtri debeant abſtinere iſtis muneribus aut negotiis civilibus, de quib. in *d. c.* agitur, partim ſumitur ex ratione allegata, partim ex prohibit. *Apoſt. in* 2. *Timoth.* 2. ubi tamen nec conductio præd. hodiern. Eccleſiaſticor. vetatur, nec fidejuſſio pro conduct. vectigal.

CAP. VII. VIII. & IX.

HOdie contra *d. c.* 7. Epiſcopum vel Paſtor. Eccleſ. teſtimonii cauſa evocari poſſe, notavi ad *auth. Sed judex. C. de Epiſcop. & Cleric.* Abſurda igitur eſt pœna in *d. c.* 8. cum omnis anima debeat eſſe ſubjecta politicæ ordinationi, cum politiæ membrum ſit in politicis. *Rom.* 13. Vide *not. noſtr. ad auth. Nullus. C. de Epiſc. & Cleric.* An & quando Epiſcopi noſtri poſſint ſuas Eccleſias relinquere, quo de caſu agitur in *d. c.* 9. definitum eſt in Ordinat. Eccleſiaſt. concept. in Synod. Dordrac. & auctoritate Ordin. General. in lucem edita. Vide *not. noſtr. ad l.* 43. §. 1. *C. de Epiſcop. & Cleric.*

CAP. X. XI. & XII.

QUoties hodie Synodi aut Claſſes, de quib. *d. c.* 10. apud Reformatos haberi ſoleant, videre eſt in *d. Ordinat. Eccleſiaſt.* Reliqua de ludis & ſpectaculis excuſſa ſunt in *not. noſtr. ad l.* 17. *& auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* Non valet excommunicatio, ſi cauſa monſtrata non ſit. *d. c.* 11. Pœna tamen talionis in *d. c.* hodie vix uſum habere poſſet, ut *lat. ad auth. Si quis Epiſcop. C. de Epiſcop. & Cleric: & alib. lat.* Adde *d. Eccleſ. Ordinat. art.* 71. *& ſeqq.* Illos Clericos, de quib. *d. c.* 12. apud Reformatos non dari, notum eſt, ſed tamen & noſtri Seniores aut Diaconi literas ſcire debent, ut officio fungi poſſint, ſed & filios habere poſſunt, & etiam plures uxores ſucceſſive, ut *alib. lat.*

CAP. XIII. XIV. & XV.

PResbyter in *d. c.* 13. eſt Senior vulgo **een Ouderling** / ſed in Novo Teſtamento Epiſcopus & Presbyter confun-

confunduntur, ut *alib. lat.* Hodie autem ætatem Presbyt. Diaconor. aliorumque Eccleſiæ miniſtrorum rectius arbitrariam ſtatui, notavi ad *l. 9. & auth ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* Accuſati ordinatio differtur. *d. c. 1.* ubi reliqua de uxoribus Clericorum ſeu Epiſcoporum improbanda eſſe, notavi ad *d. c. 12. & lat. ad l. 19. & auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* Minime debet fieri Miniſter Eccleſiæ, per quem Eccleſiæ vel Eccleſiaſtico Senatui fieret injuria. *d. c. 15.* cujus reliqua de curialib. hodie non ſervantur, ut dixi ad *l. 4. & auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.*

CAP. XVI. XVII. & XVIII.

CUm ordinationes debeant fieri gratis. *d. c. 16.* cur Imp. non ſuſtulit illas conſetudines, quæ ſaltem unius anni emolumenta dare permittunt? Vide *not. noſtr. ad c. 3. & ad Nov. 56. c. 1. & ad l. 31. & auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* De ſervo & adſcriptitio, de quib. *c. 17.* dixi ad *auth. Si ſerv. C. de Epiſcop. & Cleric.* De jure ædificator. Eccleſ. vel de jure patronatus, de quo *c. 18.* dixi ad *Nov. 57. c. 2.* Sane ſi ædificator vel patronus dederit aut præſentaverit minus idoneos Paſtores aut alios Miniſtros, haud dubie eos poterit removere aut Claſſis aut Synodus. *arg. d. c. 18.*

CAP. XIX. XX. & XXI.

AN illi, de quib. in *d. c. 19.* recte Clerici dicantur, dixi *ſup. ſæp.* Hodie noſtros filiosfam. Clericos ſeu Miniſtros Eccleſiæ non tam ratione dignitatis, quam ratione dominii teſtari ac donare poſſe, notavi ad *auth. Presbyteros & Diacon. C. de Epiſcop. & alib. ſæp.* Qua pœna noſtri Clerici ſeu Miniſtri Eccleſiæ ob falſum teſtimon. puniendi ſint, ſignificavi ad *l. 8. & auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric. & alib.* Imperatorem Juſtinianum in *d. c. 21.* & juri Divino & ſibi ipſi contrarium videri, quando Clericorum cauſas pecuniarias, aut ſimiles civiles coram Epiſcopis ventilari jubet aut permittit, notavi *ſup. aliquot.* De appellat. de qua in *pr. d. c. 21. verſ. Si quis &c.* dixi ad *l. 8. & ſeq. auth. C. de Epiſcop. aud.* Sane notio cauſar. mere Eccleſiaſticar. non pertinet ad judices civiles. §. 2. *d. c. 21.* ſed cur ergo cauſæ mere civiles etiam non pertinent ad ſolos judices civiles?

CAP. XXII. XXIII. & XXIV.

HOdie noſtros Epiſcopos ſeu Miniſtros Eccleſiæ in cauſis civilibus conveniri coram ordinario judice adinſtar laicorum, vel conveniri, ut conveniuntur quilibet alii cives, notavi *ſup. ſæp.* Sed in Eccleſiaſticis primo conveniuntur coram conſiſtorio ſeu Senatu Eccleſiaſtico, deinde coram Claſſ. poſt coram Synodo partic. & denique coram Synod. General. v. Kerck. Orden. art. 36. Cœtera de metropolitan. & patriarch. tanquam hierarchica apud Reformatos rejecta ſunt. Coram quo Epiſcopo ſeu judice, de quo *c. 23.* noſtri œconomi ſeu adminiſtratores rer. Eccleſiaſtic. aut Xenodoch. Orphanotroph. teneantur reddere ration. adminiſtrat. ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* In delictis Epiſcopor. de quib. *d. c. 34.* diſtinguendum eſt int. delict. Eccleſ. & civilia, ut *ſup.* Si vero *d. c. 24* accipiatur ſimpliciter de eo Epiſcopo, qui alibi litem conteſtatus eſt, & alibi conveniatur, tunc procedendum eſt juxta *l. 30. D. de judic.* ubi *lat.*

CAP. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII.

HOdie quidem in Belgio Reformato non reperiuntur iſti apocriſarii, ſeu reſponſarii, qui vice monaſter. vel alter. dom. reſpondere ſolent, de quib. *d. c. 25.* ſed poſſunt applicari iſtis procuratoribus, qui procurant negot. Eccleſ. vel orphanotroph. & ideo hi audiri non debent, niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

niſi habeant mandatum. *d. c. 25.* Noſtri Epiſcopi ſeu Paſtores Eccleſ. vix poſſunt eſſe legati in cauſa civitatis, cum hoc negotium plerumque civile ſit, ſed in cauſa Eccleſ. juxta *d. c. 26.* poſſunt eſſe legati, licet vulgo vocentur Commiſſarii **Ghecommitteerdens.** An & quando tamen poſſint conveniri, dixi ad *l. 2. D. de judic. & alib.* Hodie quoque, ut in *d. c. 27.* Epiſcopi aut Presbyteri honeſte & reverenter conveniendi ſunt, & poſſunt etiam ſe per procuratores defendere, ſed ſportulas, de quib. *c. 28.* debent ſolvere eadem quantitate, qua cœteri cives ſolvunt, niſi ratio paupert. aliter ſuadeat, ut *lat. ad l. 25. & auth. Sed hodie. C. de Epiſcop. & Cleric. & ad tit. C. de ſportul.*

CAP. XXIX. *& ſeqq.*

DIabolicam eſſe illam doctrinam, qua in *d. cap. 29.* Epiſcopus prohibetur habere uxorem, vel commorari cum matre vel ſorore, notavi *ſup. ſæp.* Clericus poteſt cum ſorore habitare ſine ſuſpicione, ſed Epiſcopus non poteſt. *d. c. 29.* ſed quæ ratio differentiæ? Illas Diaconiſſas, de quib. *c. 30.* agit, non reperiri apud Reformatos, notavi *ſup. ſæp.* An & quatenus iſtæ œconomiæ vel matres, quæ orphanotroph. aliisque piis domibus præficiuntur, ſignificavi ad *l. 9. & auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* Nimis duram eſſe illam pœnam, quæ in *d. c. 31.* infligitur ob injuriam ſacerdotibus illatam, notavi ad *d. c. auth. Sed hodie. C. de Epiſcop. & Cleric.* Iſtas quoque litanias ſeu ſupplicationes, de quibus. *d. c. 32.* apud Belgas Reformatos non ſervari, cuilibet Belgæ notum eſt. *Groenw. hic.*

CAP. XXXIII. *& ſeqq.*

VEnerabilibus locis certa forma præſcribenda videtur. *arg. d. c. 32.* Hodie tamen ipſum monaſteriorum uſum propter abuſum ſublatum eſſe, dixi ad *l. 13. C. de SS. Eccleſ. & alib. ſæp.* Summa ergo ex *c. 34.* hæc eſto: in eligendo gubernatore alicujus domus vel collegii non tam gradum aut ætatem ſpectare oportet, quàm virtutes animi, in quibus excellit. Summa ex *c. 35.* hæc eſto: nuſqnam temere veſtiendus aut admittendus, qui ſe ſacris addixit. Plures, qui ſimul adminiſterium Eccleſiæ in aliquo collegio educantur, ſeparatim dormire debent, ſed in uno habitaculo, ut mutuum præſtetur teſtimonium caſtitatis vel pietatis. *arg. c. 36.*

CAP. XXXVII. *& ſeqq.*

QUæ ratio quæſo, cur in *d. c. 37.* conditio non videatur extare, vel cur conditio videatur invalida & pro non ſcripta, ſi quis ingrediatur monaſterium, licet gravatus ſit hac conditione, ſi nuptias non contraxerit, ſi liberos non habuerit? An ergo ille videtur habere liberos, an nuptias contraxiſſe, qui ingreſſus eſt monaſterium? Hæccine voluntas teſtatoris? Moribus ſaltem hæc abrogata eſſe, notavi ad *auth. Niſi cogat. C. ad SCt. Trebell.* An & quatenus *c. 38.* quod de ingreſſu monaſterii loquitur, poſſit applicari aliis, qui gerontocom. vel ſimil. dom. ingrediuntur, ſignificavi *ſup. aliquot.* Adde *not. noſtr. ad l. 13. & auth. ſeq. C. de SS. Eccleſ.* An ob ingreſſum monaſterii, de quo *c 39.* vel ingreſſum alter. dom. vel ſacerdotii liceat reſilire à ſponſalibus, quæ ſine tali conditione contracta ſunt, ſignificavi ad *l. 1. & ſeqq. C. de ſponſalib.* Exhorreſco, quoties lego in *c. 40.* quod matrimonium ſolvatur, quando vel vir vel uxor monaſterium ingreditur. Revera enim hic homo ſeparat, quos Deus conjunxit, ut *lat. & ſæp. ad jus Canonic.*

CAP. XLI. *& ſeqq.*

QUod filius non poſſit exheredari in *d. c. 41.* licet etiam ante ingreſſum monaſterii

monaſterii juſtam dederit cauſam exheredationis, ut plerique *d. c.* explicant ex *l, 55. & ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* ſummam profectò continet injuſtitiam, ut *nos lat. ad dd: ll. & ad Nov. 115. c. 4. & ſeqq.* Pie hodie contra *c. 42.* monaſteria deleri, ſignificavi ad *dd. ll. & alib. ſæp.* Quin ipſe raptus virginum ſanctimonial. de quo *c. 43.* potius laude quàm pœna dignus videtur, ut *nos lat. ad l. 54. C. de Epiſcop. & ad l. un. C. de rapt. virg* Summa ex *c.44.* quod de ſchemate vel veſte monachor. hæc eſto: non licet uti veſtiment. in contempt. alicujus Ordin. Reliqua vide in *not. noſtr. ad l. 4. C. de Epiſcop. aud.*

Vt litigant. jurent. &c.

Titulus VII.

NOVEL. CONSTIT. CXXIV.

PRÆFATIO.

Cap. I. & II.

IMperator curare debet, ut appareat puritas judicis, & ut leges liberentur à circumvent. litigant. *d. præfat.* De jurejurand. propt. calumn. de quo *d. c. 1.* dixi ſatis ſuperque ad §. 1. *Inſt. ds pæn. tem. litigant. & ad auth. principal. C. de jurejur. propt. calumn.* quæ ex *d. c. 1.* deſcripta eſt. Poſſet & *d. c. 2.* videri excuſſum in *noſtr. ad auth. Novo jure. C. de pæna judic. qui mal. jud.* quæ etiam ex *d. c. 2.* deſcripta eſt. Sed juvat *Novell.* unam atque alteram novam ſummam adjicere. Prima hæc eſto: judices, qui judicandi cauſa aliquid accipiunt, puniendi ſunt. Secunda hæc eſto: dantes & accipientes æque puniendi videntur, de qua *lat. ad l. 31. C. de Epiſcop. & Cleric. & alib.* Tertia hæc eſto: pejeratio tutoris non nocet pupillo. An & quomodo tutor pro pupillo jurare poſſit, dixi ad *l. 2. §. 1. C. de jurejur. propt. calumn.*

Cap. III. & IV.

DE illis, qui ſportulas illicitas exegerunt, de quib. *d. c. 3.* dixi ad §. 24 & *ſeq. Inſt. de act. & ad tit. C. de ſportul.* Summa tamen hæc eſto: injuſto executori obſiſtere licet, de quo *lat. Julian. hic. n. 529. & nos ad Nov. 8. & 86. & alib.* Ratio, cur in *c. 4.* judex vel referendarius non debeat aut poſſit aliquem cogere ad tranſigendum vel ſatiſdand. hæc videtur, quia officii limites tranſgredi non poteſt. Plura de referendar. ad *Nov. 10. & ad Nov. 113. c. 1.* & plura de officio judic. videre licet in *noſtr. ad tit. D. & C. de judic.*

Vt judices non exſpectent. &c.

Titulus VIII.

NOV. CONSTIT. XXV.

PRÆFATIO.

& Cap. *ſeqq.*

CUrare debet Imp. ne negotiis injiciantur dilationes, & ne rurſus fiat principium examinationis. *d. præf.* Hæ ſunt ration. cur in *c. 1.* judices non poſſint cauſas referre ad Principem, ſed fortiores videntur datæ in *not. & diſp. noſtr. ad auth. Novo jure. C. de relat. & ad tit. D. de appell. & relat.* Quin temeraria relatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

ſeu inquietatio mulctari poſſit, nullus dubito, ut *alib. lat.* Ratio, cur in caſu diſſonantiæ quilibet tamen judex teneatur ſuam dicere ſententiam, hæc eſt; quia hoc officium judicis expoſtulat. Quænam vero ſententia ſit præferenda, dixi *ad l.* 38. *& ſeq. D. de re jud.*

Exempl. ſacra form. &c.

TITULUS IX.

NOVEL. CONSTIT. CXXVI.

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

ILla veſtimenta vel verba, quæ propria ſunt Imperatoris, non debent ſibi applicare judices inferiores. *d. præfat.* Pœna tamen perduellionis, quæ in *c.* 1. irrogatur ſecus facientibus, nimis dura videtur. Pœna quoque denar. libror. aur. in *fin. c.* 3. hodie non ſervatur, ſed tamen ſervanda eſt arbitraria, & damnum ob cauſam non editor actor. datum tenetur judex ex ſuis bonis reparare, aut potius debet puniri pœna arbitraria, ſalvo beneficio appellationis. Reliqua de tempore appellationis inſtituendæ & proſequendæ, de quo *d. c.* 3. *&* 2. *anteced.* ſatis ſuperque excuſſiſſe videor & in *D. & in C. de appellat.* Nimis ergo generaliter ſcripſit *Groenw.* ad Mores noſtros *d. Nov.* 126. non pertinet.

Vt fratrum filii ſucced. &c.

TITULUS X.

NOVEL. CONSTIT. CXXVII.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

IMperatorem non piget leges ſuas emendare, quando emendatio fit cum utilitate ſubditorum. *d. præfat.* Ratio, cur in *c.* 1. fratris præmortui filii concurrant cum fratre & patre defuncti, vulgo deſumitur ex commiſeratione caſus; cum ſatis lugubre ſit, quod dicti filii amiſerint ſuum patrem, & ideo ſolatii cauſa patrem repræſentant. Sed cum pater ratione ſanguinis ſit proximior, & dicti filii ſperent ſucceſſionem avi, Morib. Ultraject. Aliorumque Gent. præferendus videtur, ut *lat. ad Nov.* 118. *c.* 2. *&* 3. *& ad tredec. titul. Lib.* 3. *Inſt.* Ratio, cur in caſu *c.* 2. donatio propt. nupt. ſeu ſponſalitia largitas requirat inſinuationem, partim expreſſa eſt *ibid.* partim in *l.* 1. *D. ſolut. matrim. & in not. noſtr. ad auth. Eo decurſ. C. de donat. ant. nupt.* Rectius tamen ſtatueretur pœna pecuniaria, quam pœna nullitat. donat. præſertim in donat. ſcript. de quib. *lat. ad Nov. Leon.* 50.

CAP. III. & IV.

RAriorem quidem *d. c.* 3. apud Belgas uſum habet, cum inter maritum & uxorem fuerit communio bonorum, ſed illa excluſa, ne quid hic erret *Groenw.* poſſet habere uſum, ſi ſecundæ nuptiæ aliquam pœnam mererentur. Reliqua excuſſa ſunt ad *tit. C. und. vir. & uxor. & ad auth. Si tamen C. de ſecund. nupt.* Recte in *d. c.* 4. conſtituit Imp. quod matrimonium ſine cauſa non ſit diſſolvendum, ſed nimis plures cauſas excepit, de quib. *nos lat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

lat. ad tit. D. & C. de divort. Recte tamen rurſus in *fin. d. c.* 4. in delicto æquali debet eſſe æqualis pœna, cui convenit illud Horatii, adſit regula peccatis, quæ pœnas irrogat æquas, de qua juſtit. diſtribut. *alib. lat.*

De collat. & aliis capit.

Titulus XI.

NOV. CONSTIT. CXXVIII.

PRÆFATIO.

Cap. I. & *ſeqq.*

PRoprie quidem in uſu non ſunt illæ collationes, aut diſpoſitiones aut indictiones, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* Sed tamen ſimiles denuntiationes collationum, quæ auctoritate Ordin. General. quandoque per ſingulas Provincias mittuntur, ut ærario publico inferantur, poſſunt cum dictis collationibus aut jugationibus comparari, ut *lat. ad tit. C. de collat. ær. de collat. donat. de collat. fund. fiſcal. de collat. fund. patrimon.* Hodie quoque petentibus dantur exemplaria, & ſolventibus de ſuſcepto datur ſecuritas. Pœna ejus, qui contra fecerit, hodie arbitraria eſt. Sane illi, qui per ſuperindict. poſſeſſion. putat ſe gratatum, permittitur licentia appellandi. *Bart. hic.*

Cap. X. *& ſeqq.*

HOdie quoque juxta *d c.* 10. executores ſeu exactores miſſi à ſuperioribus non debent inchoare executionem in aliis provinciis, niſi primo præſidi aut prætori mandatum inſinuaverint & auxilium petierint, ut *lat. ad tit. C. de execut. & exact. & ad tit. C. de exact. tribut.* An & quando in privat. negot. procurator poſſit audiri ſine mandato, dixi ad *l.* 12. *C. de procurat. & alib.* Quid juris habeat executor in reb. privat. de quo caſu. *c.* 11. dixi ad *dd. tit. Cod.* Ratio, cur in *c.* 12. debitor debitoris tributarii poſſit conveniri, præſertim quando debitor tributarius non eſt ſolvendo, vulgo deſumitur ex favore fiſci, ſed communis potior eſt, de qua *lat. ad tit. C. quand. fiſc. vel privat. & ad l.* 3. §. 8. *D. de jur. fiſc.* Pœnam *d. c.* 12. hodie arbitrariam videri, ſignificavi *ſup. ſæp.* An exactores vel debitores tribut. poſſint confugere ad aſyla Eccleſ. de quo caſu *c.* 13 dixi *ſup. ſæp.* De tributis terrar. ſeu de clarigationib. de quib. *c.* 14. dixi ad *l.* 4. *C. de execut. & exact.* Reliqua ſunt de adſcriptit. de quib. ad *tit. C. de agricol. & cenſit.* Exactores juſtis ponderibus & menſuris uti debent. *c.* 15. de quo lat. ad *l.* 6 *D. de extraord. crim. & ad tit. de falſ.*

Cap. XVI. *& ſeqq.*

EXactor exactam pecun. tributar. abſque dilatione & deminutione exhibere debet, & quod deputatum eſt ſalariis profeſſorum, non debet communicare aliis *d. c.* 16. Sed quid in *c.* 17. ad ſanctiſſimum Epiſcopum exactio tributorum? De primariis, de quib. *c.* 18. dixi ad *l. ult. C. de numerar. & alib.*

Cap. XIX.

REgulariter prohibeutur loci ſervatores, niſi judex ex juſta aut probabili cauſa in provincias venire impediatur, quo caſu vicarium mittere poteſt; vel quando judex ex mandato Principis ad aliam regionem tranſmittur. *d. c.* 19 *&* 20. Ratio, cur ipſe judex vel præſes in *c.* 21. teneatur inquirere in delinquentes, etiam ſi ſcil. nullus exiſtat accuſator, data eſt ad *l.* 3. *&* 13. *D. de offic. præſid.* Pœnas in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

in *d. c.* 21. *& anteced. & ſeqq* hodie arbitrarias videri, ſignificavi *ſup. ſæp.* De angariis, de quib. *c.* 22. dixi ad *Nov.* 17. De diebus 50. de quib. *c.* 23. dixi ad *Nov.* 8. *& ad l.* 1. *C. ut omn. judic.* Quando in cauſa damni dati reo jusjurandum deferri poſſit, de quo caſu in *c.* 24. dixi longe lateque ad *tit. D. & C. de jurejur.* Hodie fiſco non ſolum in caſu *c.* 25. pœnam applicari, ſed etiam in aliis, ubi delictum commiſſum eſt, notavi in *anteced. ſæpiſſ.*

De ſamaritis.

TITULUS XII.

NOVEL. CONSTIT. CXXIX.

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

QUales hæretici fuerint Samaritæ, de quib. *d. Nov.* 129. ſignificavi ad *tit. C. de hæret.* Summa tamen ex *d. præf.* hæc eſto: juſtitia iracundiæ temperanda eſt ratione clementiæ, quando delinquentes ad meliorem frugem ſe convertunt. Abrogatur quidem *l.* 17. *C. de hæret.* per *d. c.* 1. ſed hoc rurſus corrigitur per *Nov.* 144. ubi *lat.* Recte tamen in *fin. d. c.* 1. ſubjungitur, qui permiſit teſtari aut diſpenſare de omnibus, non videtur negaſſe de particularibus. Summa ex *c.* 2. hæc eſto: meliora ſectantibus privilegia præſtanda ſunt. Ex *cap.* 3. hæc eſto: ignoſcendum eſt pœnitentibus, & non temere deneganda legitima ſucceſſio. Quod fiſcus in *c.* 4. excluſus à ſucceſſ. Samarit. rurſus admiſſus ſit in *Nov.* 144. ſignificavi ad *c.* 1. *huj. Nov.* 129. An recte, latius *ibid.* Hodie apud Reformatos ſucceſſiones hæreticor. ſeu ſectarior. procedere jure ſeu modo communi, notavi ad *d. tit. C. de hæret. & alib. ſæp.* Reliqua *d. c.* 4. de extenſione legis ad præterita excuſſa ſunt ad *l.* 7. *C. de legib.*

Quomodo oport. milit. &c.

TITULUS XIII.

NOVEL. CONSTIT. CXXX.

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

HÆc *Nov.* 130. ſecundum quoſdam eſt de uſur. nautic. ſed in edit. *Scrimger.* deeſt. *Cont. hic.* Bartoli ſumma eſt: in uſuris nauticis obſervari debent leges antiquæ & conſuetudines inviolabiliter. Nos de his lat. ad *tit. D. & C. de naut. fœn.* Sed ad vulgar. edit. hæc eſto ſumma *d. præfat.* Optimus Reip. ſtatus requirit, ut exercitus inculpabiliter verſetur in itineribus, & innoxii ſerventur collatores. Hodie quoque dari *Commiſſaires de Vivres*, ut in *c.* 1. notum eſt, ſed optiones militum ſeu diviſiones annonæ alio modo, quam Romano fieri ſolent, ut *nos lat. ad tit. C. de annon. civilib. & ad tit. C. de annon. & capitat.* Tenentur milites eas ſpecies accipere, quæ in loco deſtinato reperiuntur. *c.* 2. Quid ſit cautum in *c.* 3. vide in *not. Gothof. ad d. c.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. IV. *& ſeqq.*

Pœnam dupli, de qua *d. c.* 4. hodie non ſervari, ſignificavi *ſupra ſæp.* ſed ſervabitur arbitraria, ſi tranſitus milit. cum delicto factus eſt, ut *lat. ad l.* 7. *C. de exact. milit. ann. & alib.* An non Epiſcopus contra præceptum Pauli ſe in *c.* 5. immiſcet negotiis civilibus? Iſtos prometatores, de quib. *c.* 6. Galli vocant *Fouriers*, *Mareſchaux des logis*. Colludentes cum diaſoſtis aut ſimilibus digni ſunt gravioribus ſuppliciis. *arg. c.* 7. Milites auxiliares ſequuntur jura proprior. milit. *c.* 8. Authentica ſeu primaria habitatio patrisfam. non eſt occupanda à militibus, quando metata in aliis diætis poſſunt militibus aſſignari. *c.* 9.

De Eccleſiaſtic. titul. &c.

TITULUS XIV.

NOVEL. CONSTIT. CXXXI.

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

IMperatoris eſt de regulis Eccleſiaſticis legem proferre. *d. præfat.* Sed male Juſtin. in *c.* 1. quatuor illa concilia, ſeu dogmata illorum accepit tanquam ſanctas ſcripturas, & regulas tanquam leges. Etenim nulla Synodus eam habet auctoritatem, ut Canones præſcribat, qui in conſcientia obligarent, ſed tantum ordinis gratia ſub pœna pecuniaria, ut plurib. in loc. probavi ad *jus Canonic.* An ergo nec in *d. c.* 1. abrogatur *tit. D. aut C. de uſur.*? Vide *diſput. noſtr. ad l.* 45. *C. de Epiſcop. audient.* Quod ſaltem abrogare poſſit, dixi in *diſp. ad tit. de uſur.* Ordinem illum ſedendi, de quo in *c.* 2. 3. *&* 4. hierarchicum videri, quam Reformati damnant, notavi & ad *tit. C. de SS. Eccleſ. & ad jus Canon. paſſ.* Quin alioquin Magiſtratus poſſit confuſionis evitandæ gratia præſcribere certam ſedendi regulam, nullus dubitet. Quænam privilegia Eccleſiæ vel aliis venerabilibus domibus competant, quæque ei confirmanda ſint, ſignificavi *ſupra ſæp.*

CAP. V. *& ſeqq.*

RAtio, cur Eccleſiæ Miniſtri ſint immunes à ſordidis muneribus perſonalibus, cuilibet obvia eſt, & data *ſup. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in *d. c.* 5. ſint liberi ab oneribus realibus, ſive poſſideat bona immobilia propria, ſive Eccleſiaſtica? Si teneantur ad refection. itiner. *d. c.* cur non etiam ad onera ſimilia? An Paſtorbus Eccleſ. liceat habere bona propria, vel adminiſtrare Eccleſiaſtica, ſignificavi *ſup. ſæp.* An per *c.* 6. corrigatur præſcriptio cent. annor. de qua in *Nov.* 10. vel *Nov.* 111. parum animadverto, cum hodie contra omnem præſcript. detur reſtit. in integr. aut ſaltem dari debeat, ut *lat. ad auth. Quas action. C. de SS Eccleſ. & alib. ſæp.* Hodie contra *c.* 7. neminem monaſterium, vel templum, vel orphanotroph. abſque conſenſu Mgiſtratus ædificare poſſe, notavi ad *Nov.* 67. Si quis adhibito conſenſu Magiſtratus ædificare cœpit, poteſt idem compelli, ut & heres ejus, ad complendum. *arg d. c.* 7.

CAP. VIII. *& ſeqq.*

AN & quando in privatis domibus ſacra quædam miniſteria exerceri poſſint, quo de caſu in *d c.* 8. agitur, dixi plene ad *Nov.* 78. Sane pœnam illam *d. c.* 8. hodie non ſervari aut non ſervandam videri, licet quis in ſua domo conciones habuerit,

habuerit prohibitas, notavi *alib. ſæp.* Rectius hodie, quam in *c 9.* legatum Deo vel Chriſto relictum applicari pauperibus iſtius civitatis, in qua teſtator domicil. habuit, quàm Eccleſiæ, notavi ad *l. 26. C. de SS. Eccleſ. & alib.* ubi etiam de legato, quod uni ex ſanctis relictum eſt. Quod collegio pauperi relictum eſt, cenſetur relictum pauperiori. *d c. 9.* Recte *Groenw.* ad *c. 10.* cenſet illud tempus, quod in *d. c.* præſcribitur oratorio vel Xenodochio ædificando, hodie arbitrarium videri; cum vel conditio teſtatoris, vel conditio ipſius loci variare poſſit. Reliqua de compellendis heredib. aliisque perſonis à teſtatore deſignatis excuſſa ſunt ſupra ad *d. c. 7.*

CAP. XI. & *& ſeqq.*

RAtio, cur in *d. c. 11.* perſona deſignata debeat ſolvere legatum, quod pro redempt. captivor. relictum eſt, facile ex ipſa voluntate teſtatoris colligitur. Eadem eſt ratio, cur dicta perſona privetur lucro ſibi relicto, ſi aliquoties admonita non impleverit voluntatem teſtatoris. Si vero nullus executor deſignatus ſit, poteſt Magiſtratus vel Diaconor. collegium captivis vel alliis pauperibus legatum diſtribuere, ut *nos lat. ad l. 28. & auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* An in *pr. d. c. 12.* deciſio ponatur præcipue in eo, quia legatum relictum fuerat ad pias cauſas, an in eo, quod heres primo per mendacium negaverat, hereditatem eſſe ſufficientem, nullus magnopere inquiro; quum detractio Falcid. ne quidem in aliis legatis quàm piis admittenda videatur, ut *lat. ad auth. Similit. C. ad l. Falcid. & alib.* Reliqua de uſuris propter moram heredis excuſſa ſunt ad *tit. D. de uſur.* An & quando annale legatum orphanotrophio aut ſimili domui relictum alienari poſſit, videtur arbitrio judicis relinquendum, ut *ſup. ſæp.* Illos Epiſcopos, de quib. *c. 13.* apud Reformatos non agnoſci, notavi ad *auth. Licent. & l. 42. C. de Epiſcop. & Cleric.* Noſtros Epiſcopos ſeu Paſtores poſſe teſtari de illis bonis, quæ poſt paſtoratum adquiſiverunt, extra dubium eſt, modo teſtentur ut cœteri cives, intra quos verſantur.

CAP. XIV. XV.

HOdierni hæretici vel ſectarii ab Eccleſia quidem non poſſunt accipere res immobiles, de quib. *d. c. 14.* quia noſtra Eccleſia eas non poſſidet, ſed ab aliis privatis accipere poſſunt; cum & ipſi tolerentur, & ipſorum conventicula ſeu templa contra *d. c. 14.* ut *lat. ad tit. C. de hæretic.* Quæ olim fiſcus vindicabat. *l. 10. C. eod.* jure novo tribuuntur Eccleſiæ Romanæ. *d. c. 13. & ſeq. & alib. Gothof. hic.* Sed Moribus rurſus res Eccleſiæ Romanæ relictæ adſcribuntur fiſco ſeu Principi, qui de eis pro libitu diſponit, ut *itid. notat. ſæp. ad d. tit. C. de hæret. & alib.* An Judæorum Synagogæ inter Chriſtianos tolerari poſſint, dixi in *diſp. ad l. 1. C. de judæ. & cœlic.* Orphanotrophi ſunt ſimiles tutoribus, & ideo non tenentur ſatiſdare, ſed tenentur conficere inventarium ſub geſtis publicar. perſonar. *d. c. 15.* An orphanotrophia ditiora debeant gaudere quibuſd. immunitat. puta impoſit. &c. ſignificavi in *not. & diſp. ad l. 5. C. de SS. Eccleſ. & alib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De interdict. colleg. hæret.

TITULUS XV.

NOVEL. CONSTIT. CXXXII.

PRÆFATIO.

PRimum & maximum hominis bonum eſt confeſſio veræ & immaculatæ religionis, & ideo collegia hæreticorum non videntur toleranda. *d. præfat.* An tamen domus, in qua hæreſis fuit exercitata, recte adjudicetur Eccleſiæ, vel potius fiſco, ſignificavi ad *tit. C. de hæretic. & ad Nov. præcedent.* Sane nemo temere feriendus eſt anathemate, cum hoc fulmine diabolo tradi videatur, ut *lat. in not. ad jus Canonic.*

Quomodo oport. monach. &c.

TITULUS XVI.

NOVEL. CONSTIT. CXXXIII.

PRÆFATIO.
& CAP. *ſeqq.*

QUatenus Juſtin. in *d. præf. & capit. ſeqq.* loquitnr de monaſteriis aut monachis ſui temporis, vix ſingularis illorum vita poteſt dici ſacra, & animus ad Deum evehens, ut *lat. in not. ad jus Canonic.* Si illicita habitacula deponenda aut removenda ſint. *c.* 1. ergo & hodierna monaſteria, quæ ſuperſtitionem fovent. Qui frequenter legit ſacras ſcripturas, nunquam decipitur, nec facile deſcendit ad humanas ſolicitudines. *c.* 2. Occaſio mali impedienda eſt, & principiis obſtandum, & ſtudia mulierum non decent viros, nec vice verſa *c.* 3. Fruſtra quid ſancitur, niſi cuſtodiam habeat conpetentem. *c.* 4. & ideo præſul in *d. c.* 4. frequenter inſpicere debet converſationem cujusque, & vitium repente corrigere. *d. c.* 4. Nullus poteſt ſic retinere naturam, ut non peccet aliquid. *c.* 5. de quo Theologi *lat.* Mens fruſtra, vel ſine cauſa vacans nihil bonorum parit. *c.* 6. Otium pulvinar diaboli, ſed ſi tollas, periere cupidinis arcus &c.

Vt nulli judic. liceat. &c.

TITULUS XVII.

NOVEL. CONSTIT. CXXXIV.

PRÆFATIO.
& CAP. *ſeqq.*

AN & qnando Magiſtratibus liceat couſtituere vicarios, de quib. in *d. præf. & capit. ſeqq.* ſignificavi ad *Nov.* 8. 17. & 118. Summa tamen ex *d. præf.* hæc eſto: ſubditi per loci ſervatores vel vicarios non debent pati læſiones. Male adinventa, malæque conſuetudines non ſunt ex longo tempore confirmandæ, *c.* 1. & ideo argumentum à mala conſuetudine non procedit, de quo *lat. ad l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* Quomodo exactio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

exactiones tributorum, de quib. potiſſ. *c.* 2. hodie fiant, dixi ad *tit. C. de exact. tribut. & in Novell.præmiſſ.* Pœnam in *c.* 3. recte *Groenew.* putavit hodie arbitrariam eſſe, ſed cur non etiam perſtrinxit Imp. quod permiſerit Epiſcopis vel Paſtorib. ut ſe immiſceant iſtis negotiis civilibus, de quib. in *d.c.* 3. agitur? Intrepide religio colenda eſt, & textus obvius & perſpicuus eſt in 2. *Timoth.* 2. *v.* 4. Plura de appellat. ad *tit. de appell.* Non temere officialibus lucrum concedendum eſt ex ſubditis, ne propter rerum deſiderium injuſte reperiantur caſtigantes. *c.* 4. ubi nec unus pro alio apprehendi aut puniri poteſt, de quo *lat. ad l.* 22. *C. de pœn. & ad auth. Habita. C. ne fil. pro patr.*

CAP. V. *& ſeqq.*

DE reis crimin. per edicta citand. & proſequend. de quib. *d. c.* 5. dixi ad *tit. C. ubi de criminib. & ad tit. D. de requir. re.* Ratio, cur reus mittendus ſit ad locum delicti, data à nobis eſt ad *l.* 7. *D. de cuſtod. & exhib. reor. & ad auth. Si vero. C. ad l. Jul. de adulter.* quæ ex *d. c.* 5. deſcripta eſt. Ratio, cur in *c.* 6. judex ſucceſſor alterius judicis debeat complere mandatum, quod prædeceſſori fuit injunctum, cuilibet obvia eſt, niſi mandatum fuerit contra fiſc. vel utilitat. public. de qua *lat. ad tit. C. ſi contra jus vel utilit.* Ratio, cur in *c.* 7. filius debitoris non poſſit retineri per creditorem tanquam pignus, data eſt ad *auth. Imo à debit. C. de obl. & act.* Pœna ſecus facientis hodie arbitraria eſt, ut *ſup. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 8. uxor non poſſit proprio viro conſentire, aut pro eo efficaciter intercedere? Sane ſolida dari non poteſt, & ideo *d. c.* hodie non ſervatur, ut *lat. ad auth. Si qua mulier. C. ad SCt. Vellejan. & alib.*

CAP. IX. *& ſeqq.*

HOdie contra *d. c.* 9. mulieres & in cauſ. crimin. & in cauſ. civilib. poſſe in carcerem conjici, probavi ad deſcriptam ex *d. c. auth. Hodie. C. de cuſtod. reor. Gothof. hic.* Quomodo hodie adulter vel adultera puniatur & puniri debeat, de quo caſu *d. c.* 10. dixi ad *ejus auth. Sed hodie & ad l.* 30. *C. ad l. Jul. de adult. & alib.* Quatenus *c.* 11. agit de pœna monaſterii, nihil ad Belgas pertinet, ut etiam *notat. ad auth. Idem eſt. C. de bon. quæ liber.* & reliqua de cauſis divortii excuſſa ſunt ad *Nov.* 117. *c.* 7. *& ſeq. & alib. ſæp.* Duram videri illam præſumptionem vel pœnam, de qua in *c.* 12. notavi ad *l.* 34. *C. ad l. Jul. de adult.* An & quando adulter adulteram ducere in uxorem poſſit, ſignificavi ad *l.* 27. *C. eod. & ad tit. jur. Canon. de eo, qui dux. in matr. quam. per. adult. poll.* De pœna furum, deque bonis damnator. de quib. *c.* 15. dixi ad *auth. Novo jure. C. de ſerv. fugit. & alib. & ad auth. bona damnat. C. de bon. proſcript.*

Ne quis cogatur bon. ced.

TITULUS XVIII.

NOVEL. CONSTIT. CXXXV.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

QUanquam *d. Nov.* veteribus Interpretibus dicatur incognita fuiſſe, tamen haud plane iniqua videri debet. Etenim injuſtum, ut is, qui in univerſum ex accidenti (ut loquitur Imp. in *d. præf.*) non vero ſupina negligentia res ſuas amiſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

denuo per vim ad ignominiam & inopiam adigatur. Moribus tamen requiritur ſolemnis ceſſio, ut debitor liberetur à moleſtiis creditor. aut tædio carcer. *Groen. hic. nos ad tit. D. & C. de ceſſ. bonor. & ad §. ult. Inſt. de act.* ubi *lat.* An fiſci debitor recte excipiatur, vide *itid.*

De argentar. contradict.

TITULUS XIX.

NOV. CONSTIT. CXXXVI.

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

HOdie illa corpora vel collegia argentarior. de quib. *d. præf. & cap. ſeqq.* non dari, cum argentariorum mnnus hodie non ſit publicum, notavi ad *tit. D. de edend.* Atque hinc eſt, quod Moribus argentarii utantur jure communi. *Groenw. hic.* Ratio, cur in *c.* 1. liceat paciſci, ut fidejuſſor poſſit conveniri ante ipſum debiror. principal. addita eſt *ibid.* de qua *lat. ad tit. de fidejuſſ. & ad Nov.* 4. Illud privilegium, quod in *c.* 2. tribuit tacitam hypothecam in militia, hodie ceſſare, ſignificavi ad *d. præfat. & ad l. ult. C. de pign. & hyopth.* Ratio tamen in *verb. fin. d. c.* 2. adjecta uſum videtur habere in Bancko (ut vocant) quod eſt Amſtelod. mercatorum gratia. Ratio, cur in *c.* 3. res empta pro pecunia argentar. tacite ſit oppignorata cum privilegio præferentiæ, deſcendit ex antiquo privilegio argentarior. aut ſaltem alius creditor privatus paciſci debet, ne quid hic erret *Gothof.* Sane ſi alius creditor pactus eſt hypothecam in re, in cujus emptionem credidit, tunc cœteris erit potior. *l.* 7. *C. qui. pot. in pign.* Sic in *d. c.* 3. argentaris monilia ex privilegio vindicat & repetit, ſed privatus tantum retinet. *l.* 22. *D. de hered. vel act. vendit.* An & quomodo ſcriptura poſſit requiri pro ſubſtantia negotii, dixi ad *l.* 1. *C. de jur. emphyt.*

CAP. IV. *& ſeqq.*

AN argentarii ſeu trapezitæ (vulgo **Lombarden of Tafel-houders**) poſſint tolerari, & an poſſint ſtipulari uſuras beſſes, de quib. *d. c.* 4. ſignificavi ad *tit. D. de uſur. & alib.* Reliqua de uſur. quæ ex ſtipulat. vel ex pacto vel ex mora debentur, excuſſa ſunt ad *l.* 5. *& tot. tit. C. de uſur.* Quamvis hodie argentarii dicantur uti jure communi, dixerim tamen eos in caſu *c.* 5. ſtipulatos eſſe uſuras ſolitas, licet tantum in genere ſtipulati ſint uſuras, nullo certo modo adjecto, ut *lat. ad l.* 31. *D. de uſur. & alib.* Sic in *c.* 6. argentarius præſumitur creditor, licet debitor ejus cauſam debiti non expreſſerit, ſed idem videtur dicendum in quolibet alio debitore, qui nec except. non num. pecun. opponere poteſt, ut *lat. probat. ad l.* 14. *C. de non num. pec.*

De ordinat. Epiſcopor. &c.

TITULUS XX.

NOVEL. CONSTIT. CXXXVII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

NImiam reverentiam profecto Imp. Juſtin. defert Canonib. ſacris in *d. præfat. & cap. ſeqq.* Etenim nulla Synodus vel Eccleſia poteſt tales leges vel Canones condere, quibus conſcientiæ obliga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

obligarentur, aut qui conditi videantur ſub pœna gehennæ, aut ſub conditione præmii æterni. Solus Deus ſibi imperium in conſcientias vindicat, & unus Legiſlator eſt, qui poteſt, ſervare & perdere. *Jacob.* 4. *v.* 12. Eccleſia tantum externos ritus preſcribere poteſt, qui ſervandi ſunt circa prædicat. Verb. circa adminiſtrat. Sacrament. &c. de quib. lat. *Theol. de poteſt. miniſtr. & nos is not. ad jus Canon.* Summa tamen ex *c.* 1. hæc eſto: intermiſſio Synodorum ſolet eſſe cauſa multorum malorum. An annuæ debeant eſſe Synodi, an celeriores an tardiores, ſignificavi ad *dict. jus Canon. & ad Nov.* 123. *c.* 10. *& alib.* An in *d. c.* 1. Gregorius recte cenſeatur inter ſanctos, & quales ſancti debeant eſſe Epiſcopi vel Paſtores Eccleſ. ſignificavi *ibid.*

CAP. II. *& ſeqq.*

QUinam hodie ſoleant adhiberi in creando Epiſcopo vel Paſtore Eccleſ. & quænam ejus requirantur qualitates, de quib. *d. c.* 2. dixi *ad l.* 42. *C. de Epiſcop. & ad Nov.* 123. *& ad dict. jus Canon ſæp.* Accuſationes ſeu dilationes Epiſcopor. ordinand. de quib. *c.* 3. hodie pœna arbitraria puniuntur, ſi temerariæ fuerint. Eadem punitur ordinator, qui accuſatum vel delatum Presbyterum ordinavit, neglecta examinatione. *d. c.* 3. Ordinis gratia recte in *c.* 4. certum tempus congregandi præſcribitur Synodis, de quo *lat.* **inde Kerck. Orden.** *rubr.* **van de Kerckelijke t'ſamenkomſten.** In ead. Eccl. ordinat. etiam illi deſignantur, qui de Epiſcop. vel Presbyter. vel Diacon. de quib. *c.* 5. cognoſcere debeant. *d. rubr. & rubr.* **van de Cenſure en Kerckl.** &c. Epiſcopi debent viva voce, & non in ſecreto precationes facere. *d. c.* 6. Quid ergo de hodiernis in Papatu miſſar. celebratione? An & quatenus Imp. vel alius Magiſtratus poſſit verſari circa ordinat. Synod. & Paſtor. apparet ex *dd. Novell. & not. noſtr. ad eaſd. & ad jus Canon. paſſ.*

De uſur. ſupra dupl. non comput. &c.

TITULUS XXI.

NOVEL. CONSTIT. CXXXVIII.

RAtio, cur in *d. Nov.* 138. uſuræ ſupra duplum computari non debeant, vulgo deſumitur ex odio uſurar. ſed non videtur attendenda, præſertim ſi uſuræ in ſortem redactæ ſunt, ut *lat. ad Nov.* 121. *Groen. ad d. Nov. & ad l.* 27. §. 1. *C. de uſur.*

Indulgentia illicite cont. nupt.

TITULUS XXII.

NOVEL. CONSTIT. CXXXIX.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

SI *d. Nov.* accipiatur de illis matrimoniis, quæ illicita fuerunt ratione omiſſæ ſolennitatis, nulla laborabit iniquitate, ſed nullus Imp. poteſt licitum facere, quod jure Divino eſt illicitum, ut *lat. ad Nov.* 12. *& ad l.* 57. *D. de rit. nupt.* An & quatenus indulgentia trahatur in exemplum, ſignificavi ad *l.* 16. *D. de legib. & ad* §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt conſenſu matrim. &c.

TITULUS XXIII.
NOVEL. CONSTIT. CXL.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

REducitur quidem per *d. Nov.* 140. jus vetus, quod eſt in *l.* 60. *& ſeqq. D. de donat. int. vir. & uxor. & in Nov.* 22. *c.* 4. & abrogatur *Nov.* 117. *c* 10. ſed *dict. Nov.* Juſtiniani vel Juſtini. 140. injuſtam, imo injuſtiſſimam eſſe, notavit hic. *Gothof.* ex *l.* 8. *C. de repud.* ſed rectius ex jure Divino. *Matth.* 19. *v.* 6. nec obſtat regula jur. in *l.* 35. *D. de reg. jur.* quæ in *d. c.* 1. indicatur; quia iſtius regulæ exceptio eſt in matrimonio, quod copula confirmatum eſt. In ſponſalibus tamen procedit, quando ſcilicet res adhuc eſt integra, & nulla carnis copulatio interceſſit, licet etiam trina jam facta ſit proclamatio, ut *nos lat. ad tit. D. & C. de ſponſal. & ad d. l.* 8. Si etiam *d. Nov.* accipiatur de ſeparat. thori & menſæ, nequaquam in juſta videbitur.

Edict. de his, qui luxur. &c.

TITULUS XXIV.
NOVEL. CONSTIT. CXLI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

JUſte profecto Juſtin. in *d. Nov.* 141. commotus fuit gravitate peccati Sodomitici, atque adeo acerbiora in ſodomitas ſtatuit ſupplicia. Jus Divinum hoc ſcelus abominandum punit pœna mortis in genere. *Levit.* 20. *v.* 13. Alii puniunt gladio. *l.* 31. *C. de adult.* Alii caſtratione, alii comburio, quod frequentius eſt. *Clar.* 5. *ſent.* §. *ſodom. verſ. ſed quæro.* Loca ex veteri Teſtam. in *d. c.* 1. indicata ſunt *Geneſ.* 19. *Deut.* 23. Loca ex novo Teſtam. ſunt. *Luc.* 29. 2. *Petr.* 2. *Rom.* 1. *v.* 27. *& ſeqq.*

De his, qui eunuch. fac.

TITULUS XXV.
NOVEL. CONSTIT. CXLII.

PRÆFATIO.
CAP. I. & II.

RAtio, cur in *d. Nov.* 142. caſtrator, qui alium caſtravit, etiam caſtratione puniendus ſit, vulgo ex lege talionis deſumitur, ſed illa hoc in caſu vix videtur admittenda, ut *lat. ad tit. C. de eunuch. & ad* §. 7. *Inſt. de injur.* Sit igitur pœna arbitraria, ſed gravior, licet caſtratus vivat, ut *lat. ibid. & ad l.* 3. *&* 6. *D. ad l. Corn. de ſicar. & ad Nov. Leon.* 60. De mandatore ſceleris dixi ad *l.* 15. *D. eod.* De eo, qui domum præbuit, dixi ad *l.* 8. *& ſeq. D. ad l. Jul. de adult.* Reliqua in *c.* 2. de ſervis ſunt, & ideo à nobis ſilentio juxta noſtr. decret. prætereunda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De muliere raptum paſſu.

TITULUS XXVI.

NOVEL. CONSTIT. CXLIII.

AN *d. Nov.* debent accipi cum hac except. ſaltem ex jure Canon. *cap. pen. & ult. ext. de rapt.* niſi prior diſſenſio tranſierit in conſenſionem, parum attendo; cum Morib. & rationib. ſaltem ita dicendum ſit, ut *lat. ad l. un. C. de rapt. virg.* Et quæ ratio quæſo, cur in *d. Nov.* 143. mulier rapta lucretur ſubſtantiam raptoris vel ut prœmium, vel ut pœnam? Vel quæ ratio, cur in *d. Nov.* bona raptoris devolvant ad parentes raptæ, ſi rapta nupſerit raptori? Utique privatus non debet (ſaltem in noſtra Repub.) ſentire lucrum ex delicto privati, ut *lat. ad d. l. un. & alib. ſæp.*

De Samaritanis.

TITULUS XXVII.

NOV. CONSTIT. CXLIV.

PRÆFATIO.

CAP. I. & II.

INtentio Imp. in *hac Nov.* quam declarat in *fin. d. c.* 1. bona & laudabilis eſt, ſed modus exequendi videtnr improbandus, præſertim in hæreticis vel ſectariis hodiernis. Cœterum ſi hæretici ſimul ſint blaſphemi, aut ſeditioſi, aut ſingulari modo impii, recte illorum bona applicantur fiſco, aut ſacro ærario. *d. c.* 1. ſed ſub illa tamen diſtinct. quam tradidimus *diſp. ad l.* 5. *C. de hæretic.* Ratio, cur ſecus ſit in colonis. *pr. c.* 2. addita eſt *ibid.* ſed tantum procedit in colon. adſcriptit. Summa tamen ratio ſuadet, ut Samaritani aut ſimimiles hæretici excludantur ab omni honore aut dignitate, ut *lat. ad tit. C. de hæret.* An & quatenus ſabbathum ſaltem hebdomadale colendum ſit, quæſtio antiqua & nova eſt, de qua *nos lat. in orat. quad.* cujus hæc ſumma eſt, quod ſabbatho hebdomadali hoc morale inſit, ut ſeptimus dies præciſe ſervetur, eoque die ceſſemus ab omni opere quotidiano, quod ipſa vox Hebræa infert. Ratio eſt, quia ipſe Deus illo die quevit &c.

Vt de cœtero null. licent. &c.

TITULUS XXVIII.

NOVEL. CONSTIT. CXLV.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

AN & quatenus *d. Nov.* corrupta ſit, nullus inquiro; quum localis ſit & à Moribus noſtris aliena. *Groen. hic.* Poſſunt tamen hæ ſummæ colligi: dux, qui nimis graſſatus, coercendus eſt, & laboranti provinciæ ſuccurrendum eſt, ne fiat deſerta. Qui ingreditur provinciam, quam ingredi non debet, pœna pecuniaria mulctandus eſt. *arg. d. c.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt liceat Hebræis &c.

Titulus XXIX.

NOVEL. CONSTIT. CXLVI.

PRÆFATIO.

Cap. I. *& ſeqq.*

MIrum eſt, cur Juſtin. Imp. in *d. Nov.* 146. *& ſeqq. & anteced.* tanta fiducia loquatur de articulis fidei, nullam faciens mentionem de adhibito conſilio Theologor. aut Synodor. Interim non male permittit Hebræis aut Judæis, ut poſſint ſacras ſcripturas legere vel lingua Hebraica, vel Græca, vel qualibet alia; quum hoc Dei præceptum ſit. Sed ſi judæis licet, cur non licet Chriſtianis? Judæi, aut alii ſimiles, qui negant judicium aut reſurrectionem, aut ſimilem committunt blaſphemiam, ex ſuis locis expellendi ſunt. *c.* 2. ſed ultimum ſupplicium in *d. c.* adjectum hodie non ſervatur, ut nec pœna epilogi, ut *lat. ad tit. C. de judæ. & ad tit. C. de hæret.* Orat Imp. in *c.* 3. judæos, ut non ſolas literas conſiderent &c. Sed Imperator. proprium videtur imperare, dum quid præcipere volunt. Apoſtoli ſæpe orant, cum mandare poſſint. 2. *Corinth.* 10.

De reliquis public. non exig. &c.

Titulus XXX.

NOVEL. CONSTIT. CXLVII.

PRÆFATIO.

Cap. I. & II.

NUlla miſericordiæ ſpecies circa ſubditos ab Imp. negligenda eſt. *d. præfat. & c.* 2. & ideo recte in *c.* 1. Juſtin. quaſdam fecit donationis aut remiſſiones tributorum, ne cives ad peram & ſaccum excutiantur. Excipiuntur tamen illi, qui vel pignora vel fidejuſſores dederunt. *c.* 2. ubi tamen juſte fiunt inquiſitiones vel diſcuſſiones. Reliqua ſunt propria populi Romani, de quib. etiam ad *tit. C. de exact. trib. & ad tit. C. de ſuſcept. & arcar. & alib.*

De indulgent. reliquor. publ.

Titulus XXXI.

NOVEL. CONSTIT. CXLVIII.

PRÆFATIO.

Cap. I. & II.

IMperator juſtius in ſe ſuſcipit debitum, quàm ſi ſubditos nimiis ttibutis emungat aut gravet. *d. præfat.* Ratio, cur in *c.* 1. indulgentia tribut. facta ſit, data eſt ad *Nov. præced.* modo tamen fraus deprehenſa non ſit. *c.* 2. In *præced. Nov* erat indictio ſeptima. *c.* 1. *d. Nov.* 147. ſed in noſtr. eſt octava *d. c.* 1. *Nov* 148. Ergo circulus indictionalis eſt quindecim annor. *Gothof. ad d. c.* 1. *d. Nov.* 147.

Ut Dei amantiſſ. Epiſc. &c.

TITULUS XXXII.

NOVEL. CONSTIT. CXLIX.

PRÆFATIO.

CAP. I. II. & III.

IMperatoris eſt, imperfectum vel confuſum corrigere, & curare, ut ab omni injuſto quæſtu abſtineatur. *d. præf.* Hodie præſides ſeu ordinarios Magiſtratus gratis quoque accipere Magiſtratum, certum eſt, ſed nullo modo præſtant cautionem, Rempub. ſalvam fore, de qua in *d. præfat. & capit. ſeqq.* ut *nos lat. ad l. ult. D. ad municipal.* Sed nec omnes peregrinos à gubernaculis Reipub. removendos eſſe, notavi contra *c. 1. ad l. ult. C. de crim. ſacril. & alib* An & quatenus judex debeat judicare ſecundum leges, dixi ad *pr. Inſt. de offic. judic. & ad l. 6. §. 1. D. de offic. præſid.* De laude, neceſſitate atque utilitate rei militaris, deque nervo Reipub. de quib. in *c. 2.* dixi *alib. ſæp.* Sane ultimum ſupplic. in *d. c. 2.* nimis durum eſt. *Groen. hic. nos alib.* Scopus omnium legum eſt, ſalus populi, quæ etiam ſuprema lex dicitur. *d. c. 3.* Plura de nominatione aut electione Magiſtratus hodierna videre licet in *noſtr. ad tit. C. de defenſ. civit. & alib.*

De ea, quæ raptori ſuo nubit.

TITULUS XXXIII.

NOVEL. CONSTIT. CL.

MAle hanc *Nov.* confirmare omnes pœnas in raptor. virgin. conſtitutas, notavi ad *Nov. 143.* ad quam Juſtin. hic reſpicit. Quæ enim ratio, cur rapta plane prohibeatur nubere raptori, ſive ſuccedere? An non condonandum, an non aliquid dandum amantibus? Quæ ratio, cur rapta non nubens raptori omnia bona raptoris lucretur, ſi ſcilicet raptor etiam ultimo ſupplicio afficiatur? Plures ration. & uſum videre licet in *noſtr. ad §. 8. Inſt. de public. judic. & ad l. un. C. de rapt. virg.*

Ne decurio aut cohort. &c.

TITULUS XXXIV.

NOV. CONSTIT. CLI.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

PRroprie apud Belgas non reperiri illos decuriones aut cohortales, de quib. *d. Nov. 151.* agit, ſignificavi in *præced. ſæp.* Summa igitur ex *d. præf.* hæc eſto: privilegia probantur ab uſu & conſuetudine. De evocat. & evocat. formulis, de quib. etiam in *d. præf.* dixi ad *l. judic. 58. D. de judic.* Summa ex *c. 1.* hæc eſto: ita quis in jus vocandus eſt, ut hoc expediat publico. An tamen hodie Senatores Curiæ vel Tribunal. rectius ut cæteri cives in jus vocari poſſint, dixi ad *l. 2. D. de in jus voc. & ad tit. C. ubi de ratiocin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ne ſacræ formæ &c.

TITULUS XXXV.

NOVEL. CONSTIT. CLII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

AD hanc *Nov.* ſimpliciter ſcripſit *Groenw.* ad Mores noſtros non pertinet. Sed hoc nec ſimpliciter verum eſt, nec eſt Interpretis juſto fungi officio. Rectius in honorem Juſtin. judicavit *Gothofred. ad d. c. 1.* dum collegit hanc ſummam, quæ regulæ inſtar eſſe poteſt, quæque hæc eſt: quæ ad detrimentum Reipub. fiunt, non tenent. Item obreptitia reſcripta nullius momenti ſunt. Denique ipſæ inſinuationes, de quib. *d. Nov.* potiſſimum agit, hodie in ſimilibus quandoque pro ſubſtantia requiruntur, ut *lat. ad tit. C. de diverſ. reſcript. & alib.*

De infantib. expoſit.

TITULUS XXXVI.

NOVEL. CONSTIT. CLIII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

QUatenus *d. Nov.* loquitur de ſervis, nullum uſum in Belgio habet, ut quoque *notat. ad tit. C. de infant. expoſit.* Quatenus vero expoſitio infant. cædem complecti videatur, atque adeo extremas pœnas. *d. c. 1.* latius excuſſi ad *l. 4. D. de agnoſc. liber.*

De his, qui in Oſdrœna &c.

TITULUS XXXVII.

NOVEL. CONSTIT. CLIV.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

QUatenus etiam *d. Nov. 154.* agit de illicit. nupt. in provincia Oſdrœna vel Meſopotan. commiſſis, uſu Belgico deſtituitur, ſed ſumma eſt, quod Principes juſta nonnunquam de cauſa poſſint quibuſd. nupt. illicit. indulgentiam facere, ut *lat.* ad *l. 57. D. de rit. nupt. & ad Nov. 12. & Nov 39.* Item ruſticis magis parcitur in ignorantia juris, quam aliis, ut *lat. ad Nov. 144. & alib.* Item lex in præteritum indulgens, in futurum vetans intelligitur, ut *lat. ad l. 22. D. de legib.* Plura de inceſt. nupt. ad *tit. C. de inceſt. nupt. & alib.*

Vt matres etiam tutel. &c.

TITULUS XXXVIII.
NOVEL. CONSTIT. CLV.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

HOdie nec illud jusjurandum à matre præſtari, nec renuntiationem ſecund. nupt. de quib. *d. Nov.* notavi ad *auth. ſacrament. C. quand. tut. off. & ad Nov* 22. *c.* 40. *& alib.* Sed nec mulier prohibetur tutelam addicere ſecundo marito, ut *lat. ad d. tit. Cod. quand. mul.* Summa igitur ex *præf.* hæc eſto: juſtus metus contradicendi matri præſumitur in filia minore 25. ann. Summa ex *c.* 1. hæc eſto: filia reſtitui in integr. adverſus matrem ſecundo nubentem, eique acceptilationem ſeu apocham condicere poteſt. An & quando etiam regulariter liberis contra parentes ſaltem competat actio in fact. dixi ad *l.* 11. *D. de dol. mal. & ad l.* 5. *C. eod. & ad l.* 1. *&* 2. *C. qui & adverſ. quos in integr.* Ratio, cur in *d. c.* 1. ipſa mater tutrix obnoxia ſit rationib. tutel. vulgaris eſt; quia nunquam debet oblivisci liberor. ſuor. de qua *lat. ad d. tit. Cod. & d. Nov.* 22.

De prole partienda int. ruſtic.

TITULUS XXXIX.
NOVEL. CONSTIT. CLVI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

QUi ex mea adſcriptitia & tuo adſcriptitio naſcitur, meo dominio ſubjicitur, quia infantes matrem ſequuntur. *d. c.* 1. ſed ſi duo naſcuntur ſecundus tui dominii ſit, ſi tertius, ille ſit mei dominii, quia matri aliqua prærogativa danda eſt propter periculum puerperii, ut notant *DD. ad l. ult.* §. 1. *C. qui pot. in pign.* Plures ration. & applicat. videre licet in *not. noſtr. ad* §. 19. *Inſt. de rer. diviſ. & ad tit. Cod. de agricol. & cenſit.*

De ruſtic. qui in alien. &c.

TITULUS XL.
NOVEL. CONSTIT. CLVI.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

SUmma ex *d. Nov.* quæ etiam de adſcriptitiis loquitur, hæc eſto: in nuptiis plurimum attendenda eſt conſuetudo, quæ ſcil. rationabilis eſt, ut *lat. ad l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* Nuptiæ nec temere impediendæ ſunt, nec diſſolvendæ, & dura eſt liberorum ſeparatio à parentibus. *d. c.* 1.

Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt deliberandi jus &c.

TITULUS XLI.

NOV. CONSTIT. CLVIII.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

QUanquam hæc *Nov.* poſſit videri excuſſa in *not. noſtr. ad l.* 18. §. 3. *& l.* 19. *de jur. de liber.* tamen quædam hic repetere vel addere lubet. An in inſcript. pro *ad* legendum ſit *per*, parum attendo; cum certum ſit tum ex *indic. Regin.* tum ex *d. c.* 1. quod hic agatur de jure deliberandi, quod impuberes tranſmittunt ad ſuos heredes, licet tutor neglexerit adire hereditat. pupillo relictam. Summa tamen ex *d. præfat.* hæc eſto: lis non videtur inſtituenda inconſulto Advocato, ut *lat. ad l.* 17. §. 1. *D. ſi ſervit. vind. & l.* 88. *D. de leg.* 2. Advocati reſponſa in ſcriptis dant. *d. præf.* Reliqua excuſſa ſunt ad *Nov.* 118. *& ad dd. ll.* 18. *&* 19. *C. de jur. delib.*

Vt reſtitut. fideicom.

TITULUS XLII.

NOVEL. CONSTIT. CLIX.

PRÆFATIO.

AN hæc *Nov.* 159. accipienda ſit de ſpeciali caſu, quando extraneus heres exiſtit per medium impuberem, atque ita hoc caſu fideicommiſſum non extenditur ultra quart. grad. parum animadverto; quia Morib. multar. gent. & ſummis rationibus receptum eſt, ut fideicommiſſa generaliter ex voluntate teſtatoris ultra gradum quartum extendantur, ut *lat. ad l.* 32. § *ult. D. de legat.* 2. Abſurdum quidem videtur, ut teſtator tam diu poſt mortem diſponere videatur, ſed magis abſurdum eſt, ſi non ſervetur ultima voluntas teſtatoris, quæ cum nullis bonis Moribus pugnat. Adde *Groenew. ad d. Nov.* 159. Series ſeu recitatio teſtamenti eſt in *d. præfat.* quam clarius propoſuit *Gothof. ibid.* Præcipua hæc ſunt, quod teſtator rer. ſuar. alienation. prohibere poſſit, quodque heredibus mutuam ſatiſdat. remittere poſſit, ut in *l.* 2. *C. ut in poſſeſſ.* An & quatenus teſtamentum poſſit confirmari codicillis, & in codcillis poſſint adimi, quæ teſtamento relicta ſunt, dixi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de codicill.*

CAP. I. II. & III.

RAtio, cur in *c.* 1. finiatur prohibitio, quando liberi nati ſunt, facile colligitur ex ipſa voluntate teſtatoris, qui tantum alienationem prohibuit, ſi filius ſine liberis decederet, ergo ſi cum liberis decederet, prohibitio ſeu fideicommiſſ. ceſſat, & ideo nepotes extra familiam alienare queunt. An *cap.* 2. ex induſtria Tribon. vel corruptum vel obſcurum ſit, nullus inquiro. Sane nulla ratio eſt, cur in *d. c.* 2. fideicommiſſa non poſſint porrigi extra quart. grad. ut probat. ad *d. præfat.* An & quando prohibitio per ipſos fideicommiſſarios remitti poſſit, de quo caſu etiam *d. c.* 3. dixi ad *l.* 77. §. 27. *D. de leg.* 2. *& ad l.* 11. *C. de fideicom.* An caſus in cœteris poſſit extendi ad ſimiles ſeu generales, ſignificavi ad *præfat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Exempl. ſacræ pragmat. &c.

TITULUS XLIII.

NOVEL. CONSTIT. CLX.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

Pœnam illam dupli, de qua *c.* 1. exolevisſe, notavit *Groenw. ad d. c.* 1. ſed cur arbitrariam non addidit? Sane hodie non ſolum reditus annui poſſunt excedere duplum, ſed etiam uſuræ proprie ſic dictæ, ut lat. ad *l.* 27. *C. de uſur. & ad Nov.* 121. *&* 138. Quamdiu duret legatum annum civitati relictum, ſignificavi ad *l. 6. D. de ann. leg.* Ergo extra hunc caſum recte Juſtin. damnat interpretationem, quæ Reipub. vitium adferret.

De provinciar. præſidib.

TITULUS XXLIV.

NOVEL. CONSTIT. CLXI.

PRÆFATIO.
CAP. I. & II.

Parum eſt leges ferre, ſi non cuſtodiantur, legumque utilitas non tam in ſcriptura conſiſtit, quàm in uſu & obſervantia. *d. præfat.* Illi magiſtratum gerere debent, qui & bona exiſtimatione noti ſunt, & in exercenda juſtitia plurimum repoſuerunt ſolicitudin. *d. c.* 1. Reliqua de pœna quadrupl. aut dec. librar. aur. vel de quinquag. dieb. ſupra in *praeced. Novell.* excuſſa ſunt *ſæp.* Bonus princeps ſuis commodis anteponit commoda ſubditorum. *c.* 2. Hinc in *d. c.* ipſa ſuffragia recte coarctata, de quib. *lat. ad tit. C. de ſuffrag.* Ratio, cur tributa injungenda ſint, addita eſt in *fin. d. c.* de qua *lat. ad Nov* 149. *c.* 2. Cœtera populi Romani propria ſunt.

Sacra forma tranſmiſſa &c.

TITULUS XLV.

NOV. CONSTIT. CLXII.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

Quæ dijudicatione egent, dijudicanda ſunt, ne perpetuo diſſideant. *d. præfat.* Mirum videri non debet, quod in *d. c.* 1. donatio int. vir. & uxor. morte donantis confirmetur, licet res tradita non ſit. Etenim Moribus & rationibus donatio int. vir. & uxor. ab initio ſubſiſtit, & nulla conſirmatione per mortem alterius opus habet. An & quatenus opus habeat inſinuatione, quando excedit ſummam 500. ſolidor. ſignificavi ad *l.* 34. *C. de donat.* Qualis actio detur ad rem donatam conſequendam, licet donatio nudo pacto celebrata ſit, indicatur & in §. 1. *d. c.* 1. *& in not. noſtr. ad l.* 35. *C. de donat.* An dominiam rei donatæ videatur tranſlatum ante ipſam rei traditionem, vide *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. II. & III.

QUatenus *dicta capit.* agunt de adſcriptitiis, eatenus nullum apud Belgas uſum recipiunt. Sed ſumma hæc eſto: partus regulariter ſequitur ventrem, cujus ratio generalis eſt in *fin. d. c. 3.* licet ibi ut ſpeciali caſui ſubjecta ſit, ut *nos lat. ad §. 19. Inſt. de rer. diviſ. & ad l. 6. D. de adq. rer. dom.* Quando res vel electio ſorte dirimenda ſit, dixi ad §. 23. *Inſt. de legat. & ad l. 14. D. de judic. & alib.*

De relevat. tribut. publ.

TITULUS XLVI.

NOVEL. CONSTIT. CXLIII.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

NE *hæc Nov.* plane inutilis videatur, licet eam ſimpliciter inutilem dixerit *Groen. ad eand.* lubet quaſdam colligere ſummas, quarum hæc prima eſto: præſtantiſſima inter homines bona ſunt juſtitia & benignitas, ſed poſterior virtus magis amplectenda eſt in tributis remittendis. *d. præfat.* An & quatenus Magiſtratus debeat eſſe attentior ad munus circa feſt. Paſchat. aut ſimile, de quo *c. 1.* dixi ad *l. 3. C. de Epiſcop. aud. & alib.* Hodie quoque Principes ſeu Ordines quandoque neceſſitate urgente collatoribus ſeu ſubditis remittere vel indulgere aliquam partem tributorum, ſignificavi *ſup. aliquot.*

De hæredibus.

TITULUS XLVII.

NOVEL. CONSTIT. CXLIV.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

DEo & juſtitia nihil majus exiſtit. *d. præf.* Ratio, cur in *c. 1.* heredes ſuccedant vel ex teſtam. vel ab inteſt. ipſisque non præjudicent impoſitiones titulor. aut ſignacul. ab aliis facta, data eſt à nobis ad *l. 2. C. ut nemo privat. tit.* Sane pœna in epilogo expreſſa hodie non ſervatur, nec ſervari debet, ut *lat. ibid.*

General. forma de proſp. &c.

TITULUS XLVIII.

NOVEL. CONSTIT. CLXV.

HAnc *Nov.* hodie non obſervari, ſcripſit *Groenw. ad eand.* ſed dum ſe refert & probat per ea, quæ dixit ad *l. ult. C. de ædific. privat.* ſatis ex *noſtr.* ſaltem conſtat, quod non plane abrogata ſit, ut etiam *lat. ad Nov. 63* ad quam hæc noſtra 165. omnino pertinet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De adjectionib. id eſt, prædior. ſteril. &c.

TITULUS XLIX.

NOVEL. CONSTIT. CLXVI.

VSum *d. Nov.* indicavi in *l.* 10. *&* 12. *C. de omni agro deſert.* quæ in *d. Nov.* ſeu ſumma ejus allegatæ ſunt. Quæ tributa vel vectigalia ab emptore fundi, cui impoſita ſunt, peti poſſint, ſignificavi ad *l. ult. D. de contrah. empt.*

General. forma de poſſeſſ.

TITULUS L.

NOVEL. CONSTIT. CLXVII.

QUomodo & quando hodie creditor mittatur in poſſeſſ. bonor. debitor. latit. & quomodo & quando capiatur pignus, vel diſtrahatur ex conſenſu contrahent. de quib. caſib. *d. Nov.* agit, dixi ad *tit. C. de bon. auct. jud. poſſid. & ad tit. D. quib. ex cauſ. in poſſ. & ad tit. Cod. de jur. dom. impetr. & ad l.* 3. *C. de pign. & hypoth. Cujac.* 6. *obſ.* 10.

De hominib. qui eid. dom. &c.

TITULUS XLI.

NOVEL. CONSTIT. CLXVIII.

QUalem uſum *d. Nov.* 168. quæ ultima eſt, habeat apud Belgas, apparet ex *not. noſtr. ad dict. Novell. & leges*, quæ in *d. Nov.* 168. allegatæ ſunt.

Finis Nov. D. Juſtin. ſacratiſſ. Princip.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

JUSTINIANI IMPERATORIS.
EDICTA.

QUanquam hæc edicta à nullo Interpret. præter *Gothofred.* (quod ſciam) commentariis aut notis illuſtrata ſint, operæ pretium tamen me facturum exiſtimavi, ſi dicta edicta & ſequent. conſtit. varior. Imp. brevioribus ſcholiis & animadverſionibus juxta decretum aut morem, quem mihi præſcripti, explicarem aut refutarem, ne quid inutile in *noſtro Corpore* occurrere videatur. Primum autem edictum extat in *Nov.* 8. poſt *cap.* 14. ubi *lat.* Summa tamen hic eſto hæc: Imperator ſtudere debet, ut ſubditi ejus vivant in omni juſtitia.

Ne præſides in fiſcalib. &c.
EDICT. II.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

AN & quando Præſides noſtri ſeu ſupremi Magiſtratus poſſint in cauſis fiſcalib. vel privat. dare fidem publicam, vulgo ſalvum conductum, de quo *d. præf.* dixi ad *Nov.* 17. *c.* 6. *& Nov.* 128. *c.* 13. Ratio, cur in *c.* 1. non debeant admitti quæſitores hæreticor. hæc datur à *Gothof.* quod nonnulli nefarii à Principe illam poteſtatem quærendi ſoleant poſtulare, ut plebem innocentem prætextu religionis expilarent. Sed proprior à nobis data eſt ad *tit. C. de hæret.* Adde etiam *not. noſtr. ad Nov.* 17. *c.* 11. *& Nov.* 103. *c.* 2. *Clar.* 5. *ſent.* §. *hæres.* 7.

De Armenior. ſucceſſ.
EDICT. III.

PRÆFATIO.
& CAP. I.

RAtio, cur in *d. c.* 1. hereditates æque pertineant ad mulieres quàm ad maſculos, ſignificata eſt ad *Nov.* 21. ubi etiam de Armenior. ſucceſſ. & ad *Nov.* 118. ubi de ſucceſſ. quam ratio ſanguinis ad probat. An tamen juſte in genearchicis prædiis, de quib. §. 2. *d. c.* 1. poſſit eſſe exceptio inter nobiles, qui filiabus tantum alimenta relinquunt, filiis bona cœtera, puta feudalia aut ſimilia, aut alia propter familiam ſuſtentandam, dixi *ibid. & lat. ad Libr. feud.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De Magiſtratu Phœnic. Liban.

EDICT. IV.

PRÆFATIO.

CAP. I. II. & III.

QUo ſalario Magiſtratus, de quo *d. c.* 1. debeat eſſe contentus, & quid pro ſuffragio vel inſcriptione dare poſſit, & quid accipere, dixi ad *Nov.* 8. *& ad l.* 18. *D. de offic. præſid. & ad l.* 6. § 3. *D. de offic. proconſul.* Quomodo favendum ſit cauſæ fiſci & quomodo curanda ſit exactio tributor. ſeu vectigal. de quib. *d. c.* dixi *itid. ad Nov.* 8. *c.* 8. *& ad Nov.* 161. *c.* 1. Quæ juriſdictiones miſceri poſſint, & quæ non poſſint, indicavi ad *l.* 1. *C. de offic. magiſtr. militar & alib.* Imperator etiam curare debet, ne magiſtratus ſocorditer agat. *d. c.* 3. ubi pœna 20. librar. auri hodie arbitraria eſt, ut *ſup. ſæp.*

De temp. action. quæ ſacr. &c.

EDICT. V.

AN hæc inſcriptio vitioſa ſit, vide apud *Gothof. ad eand. & Cujac.* 5. *obſ.* 5. Nobis ſufficit, quod dicta conſtitutio quoad ſenſum excuſſa ſit in *not. noſtr. ad Nov.* 111.

Edict. pientiſſ. D. Iuſtin.

VI.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

Pœnam illam tripli, aut pœnam quinque librar. auri, de quib. *dict. edict.* 6. hodie non ſervari, notavi ad *Nov.* 122 ubi & hoc edictum 6. deque formula artificum agitur.

Forma pragmat. de argent.

EDICT. VII.

PRÆFATIO.

CAP. I. & *ſeqq.*

OPtare debet Princeps, ne quid unquam Reipub. adverſi eveniat. *d. præfat.* Pœnam illam dupli ob inficiation. proprii chyrographi, de qua in *c.* 1. hodie arbitrariam eſſe, ſignificavi *ſupr. ſæp.* Reliqua de contractib. argentarior. excuſſa ſunt in *not. noſtr. ad Nov.* 136. Mediam viam in caſu dubio ingredi oportet. *d. c.* 2. Reliqua de argentariis inutilia ſunt, cum hodie jure communi utantur, ut *notat. ad d. Nov.* 136. *& ad l.* 10. *D. de edend.* Hinc etiam contra *c.* 3. denegetur ipſis tacita hypotheca, cum alioquin æquum non ſit, quempiam re ſua privari, qui bene de aliis meretur, ut loquitur Imp. in *fin. d. c.* 3.

CAP. IV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

C A P. IV. *& ſeqq.*

AN & quando argentarii ante reum principalem conveniri poſſint, & quando fidejuſſores ante debitorem principalem conveniri poſſint, de quib. caſib. agitur in *d. c.* 4. dixi ad *d. Nov* 136. ubi & hoc contra *d. c.* 4. notat. quod hodiem unus argentariorum non ſit publicum, ſed privatum. Hodie nec ſatiſdationem de decima lit. nec ipſam decimam, de quib. *d. c.* 5. agit, in foro noſtro ſervari, notavi ad *Nov.* 112. *c.* 2. *& ad* §. 1. *Inſt. de pœn. tem. litig.* Illud forum, quod in *c.* 6. eſt proprium argentarior. hodie commune eſſe, notàvi *ſup. aliquot.* An & quando noſtri argentarii habeant tacitam hypothec. vel action. in rem, quam debitor argentar. alienavit, de quo caſu *c.* 7. dixi ad *c.* 3. *d. Nov.* 136. Hodie non dari illa certa corpora aut collegia argentarior. de quib. *d. c.* 7. *&* 8. ſignificavi tum ad hoc edict. tum ad *d. Nov.* 136. ſed tamen recte ex *d. c.* 8. colligitur aut confirmatur illa regula, quod quisque juris ſtatuit in alium, ipſe eodem jure uti tenetur, de qua tamen lat. ad *tit. D. quod quisque jur. &c.*

De pontici tract. vicar.

EDICT. VIII.

PRÆFATIO.
& C A P. I. *& ſeqq.*

QUatenus *d. edict.* agit de Pontic. tract. vicario reſtitutio, qui in comitem Galatiæ mutatus eſt. *Nov.* 8. *c.* 3. eatenus nullum apud Belgas uſum habet. An & quando vicarius admittendus ſit vel tollendus, ſignificavi in *not. ad d. Nov.* 8. *c.* 2. *& ſeq.* Hoc tamen novum notatu dignum occurrit in *c.* 1. *&* 2. *huj. edict.* quod ſacerdos ſubeat forum civile, de quo *lat. ad l* 22. *D. de judic. & alib.* Hodie quoque, ut in §. 1. dari certos judices, qui ſupra cert. ſumm. judicare nequeant, dixi *ſupr. ſæp* Qua pœna deſertor ſtation. de quo *c.* 2. hodie puniendus ſit, ſignificavi ad *l.* 3. *& ſeqq. D. de re milit.* De privatione armorum, de qua *pr. d. c.* 3. dixi ad *Nov.* 85. *c.* 4. Reliqua pertinent ad officium Præſidis, de quo *nos lat. ad tit. D. de offic. præſid.*

De argentarior. contractib.

EDICT. IX.

PRÆFATIO.
& C A P. *ſeqq.*

ILla communia collegia argentariorum, quib. Imp. in *d. præf.* munifice largitus eſt, hodie in Belgio confœderato non exſtare, notavi ad *d. edict.* 7. *ſæp.* An tameu ſub certis regulis tolerari vel potius conſtitui poſſint, ut vere dicantur montes pietatis, aut aſyla pauperum, aut propugnacula commun. utilitat. ut vocantur in *c.* 2. ſignificavi ad *Nov.* 136. *& alib.* An & quomodo argentarius hodie ſpondere poſſit, de quo caſu in *c.* 1. ſignificavi ad *d. edict.* 7. Quoniam ergo argentarii hodierni utuntur jure communi, ideo in caſu *c.* 2. poſſunt aliquod officium ſtipulari pro ſponſione, ut fidejuſſores cœteri, & probare vel per teſtes, vel per ſcriptur. Error calculi, non præjudicat veritati. *d. c.* 2. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

de quo *lat. ad l. un. C. de error. calcul.* Ratio, cur in *c.* 3. heredes debitoris uſurarii teneantur ad uſuras conventas, vulgaris eſt in *l.* 62. *D. de reg. jur.* de qua lat. ad *l.* 6. *D. de uſur. & alib.* Hodie quoque privatus debitor poteſt creditori ut argentario citra ſolennitatem permittere diſtractionem pignoris, de qua *c.* 4. & ideo pretium pignoris ſorti imputare, ut lat. ad *tit. D. de diſtract. pign.*

& CAP. V. *& ſeqq.*

SI argentarii ſupra duplum uſuras exigere poſſint, quæ ſorti exæquatæ ſunt. *d. c.* 5. quidni & alii privati creditores? Vide *not. noſtr. ad Nov.* 138. Quod noſtri argentarii poſſint habere commercium cum militib. armat. milit. contra *c.* 6. ſignificavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *d. c.* 6. poſſint ſtipulari uſuras beſſales, itidem ſupra indicata eſt *aliquot.* Uxores, quibus forſan nihil debetur ex cauſa dot. non debent ſentire emolumentum, ſi apochæ fictæ ſint. *d. c.* 7. Quod quis non ſit onerandus eo inſtrumento, quod coactus protulit, latius excutitur ad *l. ult. C. de fid. inſtrument.* Quid juris habeat argentarius, quando debitor ejus aliquid alienavit, ſignificavi ad *edict.* 7. *c.* 7. Quihodie argentariorum ſit judex competens, de quo *c.* 8. ſignificavi etiam *ſupr. ſæp.*

De apparatorib. præſid.

EDICT. X.

PRÆFATIO.

& CAP. I.

SUmma ex *d. edict.* quod de apparitorib. præſid. ſeu de provincialib. decurionib. loquitur, hæc eſto: iniqui apparitores aut ſimiles non debent defendi in aſylis aut loc. ſimilib. An in Eccleſia Chriſtiana analogice tolerari aut aperiri poſſint aſyla, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Vt ponderator. & monetar. &c.

EDICT. XI.

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

HOdie quoque non dantur proprie illi ponderatores aut monetarii, de quib. *d. edict.* 11. nec illud metuitur obryzum, quod explicat *Gothof. ad id. edict.* ſed tamen ſimiles ponderat. vulgo **ychenaers** reperiuntur, ut *notat. ad tit. C. de ponderat. & tit. C. de veter. numiſm. poteſt.* Præfecti alabarchiarum poſſunt videri noſtri **Commijſen of Aſſayeurs van de munt** / qui etiam operam dare debent, ut nummi fiant probatæ monetæ. Plura de hac materia videre licet apud *Jacob. Cor. in prolixa illa obſervat.* 27. *Cur. Holl. ſupr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De Helleſponto.

EDICT. XII.

PRÆFATIO.
& CAP. I. & II.

CUrare debet Imp. ne per edicta provinciæ deprædentur,& Legati aut Commiſſarii locupletentur. *d. præfat*. Hinc nec temere credendum edictis Princip. ſi agatur de vectigalib. imponend. & metuatur deprædatio. *d. c.* 1. An & quando Epiſcopi vel Senatus Eccleſiaſticus Præſidibus vel aliis Magiſtratib. de quib. *c.* 2. imminere vel minari poſſint, eoſdemque ad principem deferre, ſignificavi ad *l.* 26. *C. de Epiſcop. audient. & alib. ſæp.*

Lex de Alexandrin. &c.

EDICT. XIII.

PRÆFATIO.
& CAP. *ſeqq.*

SUmma ex *d. præf.* hæc eſto: minima quoque Imperatori curæ eſſe debent, quo jure ergo præter dicitur non curare minima? Vide *nor. noſtr. ad l.* 4. *De de in integr. reſtit.* Unus vix plurium vices ſuſtinere poteſt. *d. præfat*. Populoſitas provinc. plures requirit Magiſtratus. *c.* 1. Plura de Ægypto apud *Gothof. ad d. c.* 1. Rectores provinciar. vel civitat. curare debent, ut in illor. provinc. aut civitat. decorum ſervetur, ut tumultus evitetur. *c.* 2. Quinam præſentales fuerint, vide apud *Gothof. ad d c.* 2. Quid calandica in *c.* 3. fuerint, vide apud *Gothof. ad d. c.* 3. Reliqua de puris manibus excuſſa ſunt ad *Nov.* 17. *c.* 1. Adſeſſores ita honorandi, ut illorum officium per ſe ſit ſplendidum & Imperat. tempore dignum. *c.* 4. Reliqua *d. c.* 4. & 5. & 6. de felici illatione frumenti excuſſa ſunt ad *l.* 10. *C. de SS. Eccleſ. & ad tit. C. de navib. non excuſ. & ad Nov.* 163. Quid artaba ſit in *d. c.* 6. vide apud *Gothof. ad d. c.* 6.

CAP. VII. *& ſeqq.*

DE portoriis & exactorib. vectigal. aut tribut. de quib. *d. c.* 7. dixi ad *tit. C. de exact. tribut. & alib.* Hodie quoque ἐνδοματικὰ ſeu gratuitas indulgentias prohibitas eſſe, certum eſt, niſi ſpeciali lege aut conſuetudine permittantur. Recte fit largitas, ne ex dilatione vel defectu ſolenn. frument. tranſmiſſione damnum ſequatur. *c.* 8. A portoriis qui liberi ſint, vide in *auth. habita C. ne fil. pro patr.* Qui immunes ſint à tributis publicis, de quib. *c.* 9. quique curam eorum gerant, dixi ad *tit. C. de exact. tribut.* Quinam dare fidem publicam ſeu ſalv. conduct. poſſint, quibusque dari poſſit, de quib. *c.* 10. ſignificavi *ſup. aliquot.* Quod hodie Eccleſia dare non poſſit, aut dare non ſoleat, certum eſt. An & quando ex delicto defuncti heres teneatur, de quo in §. 3. dixi ad *Nov.* 22. *c.* 20. *& alib. ſæp.* Eadem fides eademve opera requiritur in ſucceſſore, quæ in primo auctore requiritur. *pr. d. c.* 11. Exactio tributor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

non niſi ſub gravi pœna impedienda eſt. §. 1. Quatenus heredes ex delicto defuncti teneantur, dixi *ſup. ſæp.* ut & de aſylis, de quib. §. 3.

CAP. XII. & *ſeqq.*

AD quos Magiſtratus pertineat cura rerum fiſcalium vel tributor. quæque onera realia vel perſonalia fiſco ſolvenda ſint, de quib. *d. c.* 12. ſignificavi in *præmiſſ. ſæp.* Qui res militares adminiſtrat, vix ad exactiones tribut. vocari debet. *d. c.* 13. Quodnam ſit officium vindicis, ſatis aperte deſcribitur in *c.* 14. *& ſeqq.* Αντηκάραβος eſt genus navigii *d. c.* 15. *& ſeq.* Vetus forma cuſtodienda & priſtina ratio ſervanda eſt, ne ulli ad dolum feneſtra aperiatur. *c.* 16. De ludis equeſtib. & baln. *alib.* De literis requiſitoriis in cauſis criminalibus & reis adprehendendis, de quib. *c.* 17. dixi *alib. lat.* De annon. de quib. *c.* 18. dixi ad *var. tit. C. de annon.* Ex diverſitate Magiſtratuum magnæ ſolicitudines, graveſque tumultus exoriri ſolent. Ratio, cur in *c.* 19. poſſeſſor rer. immobil. debeat ferre onera realia, licet alibi habitet, data eſt ad *tit. de jur. immunit. & alib.*

CAP. XX. *ſeqq.*

EXactio tribut. etiam in aſylis admittenda eſt, & cohortibus militaribus adjuvanda. *d. c.* 20. Quælibet diſtincta provincia ſolvit diſtinct. canon. (vulgo **elck zijn quote**) pro quantitate patrimon. & virib. provinc. *c.* 21. *pr.* Curare debet Imp. ne ſubditi ex magnis locorum intervallis colliſionem ſubeant, aut injuria afficiantur. §. 1. *c.* 21. Summa diligentia exigenda eſt ſolennis ſolutio frumenti, ne publicum auxilium deficiat. *c.* 22. Forma mittendar. literar. requiſitoriar. de qua in *pr. c.* 23. indicata eſt *ſup.* Quid ſit in §. 1. plenaria, apparet ex §. 2. ſcilicet apocha generalis. *d.* §. 2. Pœna dupli in *d.* §. 1. hodie arbitraria eſt, ut *ſup. ſæp.* Socordiæ atque proditionis eſt, nolle imitari majores, qui ſe minores inferiorib. exhibere non debent. *d.* §. 2. Adverſus fiſcum nemini competit jus aſyli. *d. c.* 24. & ideo Epiſcopus dans fidem publicam contra fiſcum, tenetur damna reſarcire, aut ſi reſarcire non poſſit, ſacerdotio ejicendus eſt. *d. c.* 24. Reliqua aut propria ſunt populi Romani, aut excuſſa in *præcedentib.*

JUSTINI IMPERATORIS

Aug. Novellæ conſtitut.

De indulgent. tribut. reliq.

CONSTIT. I.

HÆc conſtitutio extat in *Nov.* Juſtiniani 148. An ergo Juſtinus fuerit nepos aut conſobrinus Juſtiniani, parum animadverto. Forſan à Juſtino ſucceſſore repetita eſt & adprobata, ut *conſtit.* 3.

Vt conſenſu matrimon. &c.

CONSTIT. II.

TOtidem verbis hæc conſtitutio reperitur in *Nov.* Juſtiniani 140. *præf. & cap. ſeqq.* Ne ergo acta videamus agere, Lector remittendus eſt ad *not. in d. Nov.*

De iis qui in Oſrœna &c.

CONSTIT. III.

COnſcripta illa lex, cujus fit mentio in *præfat. d. conſtit.* eſt *Nov.* 154. ſed ſeveritati legum intermiſcenda eſt clementia *d. præfat.* & ideo in *c.* 1. Imp. ex ſpeciali beneficio condonat, quod præteriit. Ratio rationis in *fin. d. c.* 1. adjecta eſt, quæ tamen vix ab inceſtu excuſare videtur.

Vt Dei amantiſſ. &c.

CONSTIT. IV.

IIsdem verbis extat hæc *conſtit.* in *Nov.* Juſtinian i 144. ideoque benevolus Lector haud ferat ægre, quod à nobis remitatur ad *not.* quas ſemel dedimus.

De Samaritanis.

CONSTIT. V.

DUm ſtudemus brevitati, rurſus cogimur Lectorem remittere ad *not. noſtr. ad Nov.* 144. ubi dicta *conſtit.* 5. extat & excuſſa eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

TIBERII IMPETRAT.

De divinis domibus.

CONSTITUTIO

PRÆFATIO.

& CAP. *ſeqq.*

DE iſtis tabuli, Imperat. vel ſignaculis affixis alieno prædio, de quib. *d. præf. & c.* 1. dixi ad *tit. C. ut nemo privat. titul. præd. & ad Nov.* 17. *c.* 15. Interim in ſuppilces Imp. debet eſſe beneficus, cujus opulentia & felicitas eſt, ſi ſubditis bene ſit. *d. præfat.* De evocationibus, de quib. potiſſ. *c.* 2. dixi ad *l.* 58. *D. de judic.* An & quomodo quis poſſit ſedere judex in propria cauſa, ſignificavi ad *l.* 77. *D. eod. & ad tit. C. ne quis in ſua &c.* Nemo ex ſua verſalia debet fructum percipere, & ideo in *c.* 3. res aliena à quocunque revocari poteſt, licet etiam penes domum divinam vel principem reſideat. Adde *not. noſtr. ad tit. D. de alienat. judic. mut. &c.* Hodie titulum Principis non facere rem principis, cum poſſit eſſe ſignum ſubjectionis, de quo *c.* 4. ſignificavi *ſup. ſæp.* Quinam ſint hodie competentes judices, de quib. *c.* 5. quique juri ſuo renuntiare poſſint, ſignificavi *ſup. ſæp.* Quod nec ipſa domus Auguſt. debeat eſſe immunis à co empt. ſeu alio onere publico, de quo *c.* 6. dixi ad *tit C. ut rem. lic. in coempt. ſpec. & ad tit. C. de privileg. dom. Auguſt.*

De heredibus.

CONSTIT. II.

HÆc *conſtitutio* 2. extat inter *Nov* Juſtiniani 164. nemini ergo mirum videatur, quod dicta *conſtit.* 2. tantum pro prima parte quibuſdam verbis indicata ſit.

De provinciar. præſidib.

CONSTIT. III. CONSTIT. IV.

Hæc *Nov.* 3. extat inter *Nov.* Juſtiniani 161. Conſtitutio 4. deeſt.

De relevat. tributor.

CONSTIT. V.

HÆc *conſtitutio* 5. extat inter *Nov.* Juſtiniani 163. Ratio, cur *d. Nov* 5. *& præced.* nullis notis illuſtrem, data eſt ſupra ſæpenumero.

Aliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Aliæ aliquot conſtitut. JUSTINIANI, JUSTINI & TIBERII.

Ex Libro Iuliani Anteceſſ.

Pragmatica ſanctio Juſtiniani complectens varia capit.

Cap. I. *& ſeqq.*

EA, quæ ab aliis Imperatorib. utiliter conceſſa ſunt, inviolabiliter cuſtodienda ſunt. *d. c.* 1. Factum vel donatum à Tyranno, hoc eſt, contra jus & æquitatem, nullo modo firmum manere debet. *c.* 2. de quo *lat. alib.* Ratio, cur in *c.* 3. amiſſio inſtrumentor. quæ tempore belli vel captivitats facta eſt, non noceat, data à nobis eſt ad *l.* 1. *C. de fide inſtrument.* Ratio, cur in *c.* 4 *&* 5. abſenti vel capto jam reverſo res ſua ſit reſtituenda, vel etiam heredibus ejus, nota eſt, & data *ſup. ſæp.* Vide *not. noſtr. ad tit. D. quib. ex cauſ. major. in integr.* Nemo tamen temere præſumendus eſt poſſidere alienum. *d. c.* 5. In præſcrip. 30. vel 40. annor. non imputatur tempus, quod auctoritate tyranni interceſſit. *c.* 6. Reliqua de præſcript. *alib.*

Cap. VII. *& ſeqq.*

RAtio, cur in *d. c.* 7. contractus non reſcindantur, licet tempore obſidionis celebrati fuerint, hæc videtur; quia obſidio non impedit, quo minus conſenſus liber ſit. Ratio, cur amiſſio contractus non præjudicet dominis, addita eſt *ibid.* ſed lat. excuſſa ad *l.* 1. *& ſeqq. C. de fid. inſtrum.* Quoto temporis ſpatio res mobiles vel ſe moventes vel immobiles præſcribantur, de quib. *c.* 8. dixi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de uſucap. & præſcript.* Quinam hodie debeant tributa, & qui non debeant, quique exigere poſſint, de quib. *c.* 9. ſignificavi in *præced. ſæp.* Hoſtilis adventus non innovat illation. tribut. *c.* 10. Auctoritas Imp. in legib. promulgand. prolatanda eſt per omnes partes imperii. *c.* 11. Quæ ratio, cur in *c.* 12. etiam Epiſcopus adhibendus ſit in electione judic. provincial.? Reliqua *d. c.* excuſſa ſunt in *præcedentib.*

Cap. XIII. *& ſeqq.*

RAtio, cur in *d c.* 13. greges reſtituantur vero domino, data eſt ad *c.* 4 *&* 5. *& alib. ſæp.* Eadem eſt ratio, cur in *c.* 14. ablatum per iniquam tributor. exaction. reſtituendum ſit. Cœterum jure Canon. contra *c.* 15. non videtur concedendum, ut ſervi matrimonium reſcindatur, cum ſalvum maneat jus domini, ut *lat. ad* §. 10. *Inſt. de nupt. & alib.* Ratio, cur in *c.* 16. ſervus vel equus reſtituendus ſit cum prole, data eſt in *l.* 20. *D. de rei vind. & ad tit. de uſur. & fructib. & ad l.* 6. *& ſeqq. D. de pign. & hyp.* Sane ſi monialis, de qua *c.* 17. legitime conſentiat, haud dubie apud Nos matrimonium valet. Collatores non debent opprimi aut gravari ex officiorum vel officialium avaritia. *c.* 18. Cœtera de coemptione, qua ſubditi tenentur fiſco vendere pro juſto vel forenſi pretio, excuſſa ſunt *alib.*

Cap. XIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

CAP. XIX. *& ſeqq.*

CUr beatiſſimus Papa vel Epiſcopus in *d.c.19.* vocatur ad pondera & menſuras ſtatuend.? Vide *not. noſtr. ad tit. C. de ponderat.* Mulcta ei infligenda eſt, qui alteri diſpendium adfert permutatione ſolidorum aut alior. numm. *c.* 20. Quænam ornamenta ædificio juncta poſſint tolli, vel non tolli, de quib. *pr. c.* 21. dixi ad *l.* 38. *D. de rei vind.* Quænam inſtrumenta ab aliis detenta reſtituenda ſint, de quib. ſecunda pars *d.c.*21. dixi ad *tit. D. de tabul. exhib.* De inſtrumento corrupto, de quo tertia pars *d. c.* dixi ad *tit. D. de falſ.* Quænam annonæ, de quib. *c.* 22. hodie ſolvantur Profeſſorib. bonar. art. ſignificavi ad varios *titul. Cod & alib.* Judex militaris non habet notionem rer. civil. *c.* 23. de quo lat. ad *tit. C de offic. mil. jud. & alib.* Permutationes vel conductiones Reipub. non facile infirmandæ ſunt. *c.* 24. Hinc in *c.* 25. fabricæ publicæ ſervandæ ex titulis, ex quibus delegatæ ſunt. De coemptione, de qua potiſſimum *c.* 26 dixi ad *cap.* 18. Navigatio vel aditio ad Imp. non temere impedienda eſt. *c.* 27. ubi tamen pœna dec. librar. aur. hodie arbitraria eſt, ut *ſup. ſæp.*

De adſcriptit. & colon.

RAtio, cur in caſu *d. conſtit.* partus non ſequatur conditionem ſeu ſtatum ventris, adjecta eſt *ibid.* ſed hodie in Belgio, in quo non reperiuntur adſcriptitii ſeu coloni cenſiti, neququam attenditur. An in animalibus attendi debeat, dixi ad §. 19. *Inſt. de rer diviſ. & alib. ſæp.* Quinam Lygdunenſes intelligantur in *d. conſtit.* vide apud *Gothof. ad eand.*

Conſtitutio Juſtini Imp.

De filiis liberar. &c.

HÆc conſtitutio coincidit cum *præced.* & ideo nullas alias *not. noſtr.* requirit, quam ſcriptas ad *d. conſt. anteced.* Summa tamen hæc adjicienda eſt: Imperatoris eſt die, nocteque cogitare de utilitate Reipub. præſertim in tributis atque reditibus, ſine quibus vix poſſibile eſt aliquid proſperum agere. Curare quoque debet Imp. ne vel fiſcus vel dominus prædiorum damnum patiatur.

Sacrum Pragmaticum.

TIBERII AUGUSTI

De confirmat. conſtit. Iuſtin. &c.

DUm hæc *conſtitutio* Tiberii confirmat *conſtit præced.* Juſtini, nihil novi Lector exſpectet à nobis ad *d. Nov. Tiber.* præter hanc tamen ſummam: peculiare eſt Imp. neceſſitatibus ſubditorum imponere remedium, & inprimis conſulere fiſco & collatorib.

IMPERA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

IMPERATORIS LEONIS
Aug. Novellæ conſtitut.
Aut correctoriæ legum repurgat.

Proœmium.

NOnnulli has *Nov. Leon.* affirmant uſu receptas eſſe, Alii plerique negant eas habere legum auctoritatem, ut videre eſt apud *Groenew. ad d. proœm. pr.* nobis ſufficit, quod ſæpius contineant naturalem æquitatem, variasque bonas ſummas aliis caſibus applicandas. Adde ration. quam præmiſi *edict. Juſtin.* In dicto procemio agitur de auctoritate legum à Leone philoſopho emendatarum, ejusque ſumma hæc eſto: ex corruptis vel malis moribus ſæpe naſcuntur bonæ leges. Leges autem ſunt cuſtodes vitæ noſtræ, & quod medici in morbis, hoc leges præſtant in negotiis. Leges ſæpe ex conſuetudinibus oriuntur.

Quod unumquemque qui judicandi &c.

PEr habitumdelectum legalium capitulor. in dicta inſcript. haud dubie Imp. intelligit ἐκλογὴν ſeu epitomen βασιλικῶν. *Gothof. hic, & Leunclaj. in præf. eclog.* Lites non ſunt dirimendæ ex legibus abrogatis. *d. inſcript.* quod tamen hoc temperamento videtur accipiendum, niſi rationabiliores ſint legibus præſentibus & vigentibus, ut *alib. lat.*

Constitutio I.

AN τὸ μηδὲν ἄγαν ne quid nimis, de quo *d. conſtit.* 1. vel à Juſtiniano vel à Leone bene ſit obſervatum, ſignificavi tum ad *leges & conſtitut. Juſtiniani,* tumad *conſtit. Leonis ſeqq.* Item an & quatenus res legalis prorſus turbata confuſaque ſit, & quatenus à Leone reparata, quilibet facile animadvertet ex *not. noſtr. ad jus Juſtinian. & Leonian.*

Vt qui cætera ſecund. ſacr. &c.

CONSTIT. II.

JUſte & laudabiliter Imp. Leo in *hac conſtit.* conſtituit, ut nemo ob liberos removeatur ab Epiſcopatu adipiſcendo, & ideo etiam hic corriguntur *Nov.* 137. *c.* 2. *l.* 42. §. 1. *C. de Epiſcop. & Cleric. & ſimil. text. contrar.* Sed cur idem Imp. non correxit leges vel canones, qui Epiſcopis matrimonium interdicunt? Utique eædem leges divinæ, ad quas Leo in *d. conſtit.* reſpicit, permittunt Epiſcopo habere uxorem, & habere liberos. 1. *Timoth.* 4. *Tit.* 1. *v.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt qui ſacerdot. creandi &c.

CONSTIT. III.

MIrum eſt, cur Leo in *d. conſtit.* 3. permittat primo contrahere matrimonium, & poſtea ſuſcipere ſacerdotium. Cur quæſo matrimonium magis ſunt ſordes carnis, ſi poſt ſacerdotia contrahantur, quam ſi ante contrahantur? Recte *Goth. ad d. conſtit.* 3. animadvertit, parum honeſte dictum videri, quando matrimonium dicitur ſordes corporis; quia Apoſtolus vocat honeſtum inter omnes. *Hebræor.* 13. *v.* 4. Doctrina dæmonior. eſt, ſacerdotes creare ſub ea lege, ut omnem vitam degant cœlibem. 1. *Timoth.* 4. Paulus matrimonium prohibet, aut permittit aut ſuadet omittere, ſi Epiſcopus vel ſacerdos habeat domum continentiæ. 1. *Corinth.* 7. Plura hac de re in *not. noſtr. ad jus canon.*

Vt non modo univerſal. &c.

CONSTIT. IV.

AN & quando apud Reformatos vel Orthodoxos liceat in domo privata celebrare cœnam domini, vel baptiſmum, vel prædicare verbum Dei, de quib. *d. conſtit.* 4. dixi ad *Nov.* 85. *Juſtin.* & *Nov.* 131. *c.* 8. quæ per hanc *conſtit.* 4. corriguntur. Cœtera de ſacrificiis & ſacerdotibus Romanis heterodoxa & antichriſtiana nobis videntur.

Ne quibus, poſtquam monaſticæ &c.

CONSTIT. V.

AN & quatenus per *d. conſtit.* 5. corrigatur *Nov. Juſtin* 5. *c.* 5. vel *Nov.* 123. *c.* 38. parum attendo, quum hodie apud Reformatos (inter quos nomen meum profiteor) nulla monaſteria tolerentur. An & quatenus olim licita fuerint, indicavi ad *l.* 13. *C. de SS Eccleſ. ad l.* 52. *C. de Epiſcop. & Cler. & ad dd Novell.* An & ille de bonis adquiſitis juxta *d. conſtit.* 5. teſtari poſſit, qui hodie gerontocom. vel ſimilem domum ingreſſus eſt, ſignificavi ad *Novell. Juſtinian. ſæp.*

Vt utrumque tempus. &c.

CONSTIT. VI.

QUæ ratio, cur in *d. conſtit.* aliquis poſſit eſſe monachus anno decimo? Sane talis ætatis homo vix habet certum aut firmum judicium, ut de ſtatu ſuo prudentur judicare poſſit. Rectius relinquitur arbitrio Eccleſiæ vel Senatus Eccleſiaſtici, qua ætate quis idonens ſit ad miniſterium Eccleſiæ ſuſcipiendum, de quo *lat. alib.*

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt quotiecſunque à clericor. &c.

CONSTIT. VII.

VArie conſtitutum fuiſſe de monacho deſertore, apparet tum ex *l.* 53. §. 1. *C. de Epiſcop. & Cleric.* ex *Nov.* 5. *Juſtin. c.* 6. tum ex *Nov.* 13. *c.* 42. & *noſtr. conſtit.* 7. ſed talem deſertorem potius prœmio aut laude excipiendum eſſe, quam gravi pœna, notavi *ibid.* Qua tamen ſolicitudine aut prudentia ad noſtram Eccleſiam adminiſtrandam admittendi ſint, reſcriptum eſt in *art.* 9. **van de Dienſt. in de Kerck. Orden.** Quando noſtræ Miniſtri Eccleſiæ poſſint ſtatum ſuum deſerere, & ad alium transferre, conſtitutum eſt in *art.* 12. *d. tit.*

Vt qui rejicere venerand. &c.

CONSTIT. VIII.

ILlas ſacras Literas, quæ in *d. conſtit.* indicantur, puta *cap.* 36. *Proverb.* & 2. *Petr. c. ult.* minime ad rem facere, ſignificavi ad *conſtit. præced.* Quod ſi forſan aliquis ex noſtris ſacerdotibus factus ſit miles vel cohortalis, nullus video, quo modo, quove jure hæc mutatio Ordini Eccleſiaſtico aliquam injuriam, aut aliquod ſcandalum inferre videatur. Multo minus ſacerdos iſte videbitur canis aut ſus ad ſuum vomitum aut cœnum reverſus, ſi ex cauſa cogente ſacerdotium deſeruerit.

De ſervo, qui ignorante &c.

CONSTIT. IX.

DE iſto ſervo, de quo *d. conſtit.* 9. dixi ad *Nov.* 123. *c.* 17. Dignitas clericat. non debet domino jus ſuum auferre. *arg. d. conſtit.* 9. Recte autem Imp. inſiſtit curæ rer. Eccleſiaſt.

De ſervo, qui inſcio domino &c.

CONSTIT. X.

SI apud Belgas darentur ſervi, haud male procederet *d. conſtit.* 10. ſaltem in eo articulo, quo cavetur de domino inſcio, cui non temere jus ſuum auferendum eſt, licet monachus factus eſſet. An monaſticæ vitæ profeſſio illo encomio digna ſit, quam Leo *pr. d. conſtit.* præmiſit, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De ſervo, qui ignorante dom. &c.

CONSTIT. XI.

NE quidem dignitatem Epiſcopalem, quam ſervus vel per furtum vel per ignorantiam domini nactus eſt, domino jus ſuum auferre, notavi in *proxim. conſtit.* Adde *epiſtol. Pauli ad Philemon.*

De officinar. magn. eccleſ. uſu.

CONSTIT. XII.

DE officinis Eccleſ. deque ſimilibus domibus religioſis, de quibus *d. conſtit.* 12. ſatis ſuperque videor dixiſſe ad *Nov.* 43. Hodie ſumptus in funere pauperum impendi aut ex reditib. deſtinatis pauperib. aut ex ærario publico civitatis, aut provinc. ſignificavi *alib.*

De perpet. emphyteuſib.

CONSTIT. XIII.

QUomodo & quando noſtri præfecti domuum religioſar. de quib. *d. conſtit.* 13. poſſint agros vel domos pupillis vel aliis miſerabilibus perſonis conſecratas aut donatas dare im emphyteuſin vel locare, dixi *ſæp. ad Novell. Juſtin. paſſ.* Quale εἰσδεκτικον ſive pretium pro renovat. hodie ſolvatur, ſignificavi ad *l. ult. C. de jure emphyt.* An *d. conſtit.* poſſit accipi de precaria, vide apud *Gothof. ad eand.* Quod & hodie Paſtoribus quibuſdam pro miniſterio Eccleſiæ ſolvatur uſusf. quorund bonor. Eccleſiaſtic. dixi *itid. & ad dd. Novell. Inſt. & ad jus conon. var. in loc.*

De iis, qui monaſter. imperf. &c.

CONSTIT. XIV.

ALliquo modo dictam conſtit. 14. quæ de monaſteriis, poſſe applicari domibus pauperum (vulgo Godts-huyſen) facile apparet ex identitaze rationis, quæ ſuadet, ipſos heredes obligari ad perficiendam domum inceptam, modo liberi aut parentes habeant ſalvam legitimam. Et ideo dicta conſtitutio non eſt plane inutilis, licet contrar. ſcripſerit *Groenew. ad d. conſtit.* 14.

Vt

Vt ſalutar. baptiſm. &c.

CONSTIT. XV.

AN *d. conſtit.* 15. recte corrigat *canon.* 59. *Synodi 6. in Trullo*, ſignificavi ad *Juſtin. Nov.* 58. Summa igitur ex hac conſtit. hæc eſto: multi ſacerdot. nomen gerunt, ſed profani ſunt. An & quatenus canones Synodi obligent, dixi *alib. ſæp.*

Vt qui viginti ann. hab. &c.

CONSTIT. XVI.

HÆc *conſtit.* 16. corrigit *Nov. Juſtini* 123. *c.* 13. ſed neutra apud Belgas ſervatur, quia nec apud Nos dantur hypodiaconi, nec certa ætas diaconis præſcripta eſt, ut *lat. ad d. c.* 13.

Vt puerper. quando divinor. &c.

CONSTIT. XVII.

LEgem illam Meſaicam, quam ex *Levit.* 12. indicat *d. conſtit.* 17. mere ceremonialem eſſe, atque adeo male ad eam attendi à Leone in *d. conſtit.* conſtans Reformatorum opinio eſt. *Groenew. hic.* Nullum ergo certum tempus baptiſmo infant. præſcriptum intelligitur, cum ſordes corporis non obſtet, quando ſpiritualis immundities animæ ſublata eſt per ſanguinem Chriſti, qui in baptiſmo denotatur. *Joan.* 1. *v.* 29. Summa tamen ex *d. conſtit.* 17. hæc eſto: Epiſcoporum proprium eſt ſancire de re ſacra, ut *nos lat. ad tit. C. de ſumma Trinit.* Dicunt Epiſcopi, quod Imperator etiam citra Concilium decretum facere poſſit in cauſa religionis ſeu ritib. Eccleſ. *d. conſt. in pr.*

Vt in ſponſalib. conſtit. &c.

CONSTIT. XVIII.

JUſte per hanc *conſtit.* 18. corrigi verba final. *l.* 5. *C. de ſponſalib.* indicavi & in *not. & in diſp. ad d. l.* 5. *& ad l.* 134. *D. de verb. obligat.* Summa tamen hic eſto ex *pr. d conſt.* quod non debeat quis reprehendi, quando ſequitur in dictis vel factis, quod præſtantius eſt.

De pacto paterno ex æquo &c.

CONSTIT. XIX.

JUſtiſſime Leon. in *d. nov.* 19. corrigere *l.* 15. *C. de pact.* plurib. rationib. & Morib. probavi in *not. ad d. l.* 15. Summa tamen hæc eſto: Leges Reipub. oculi ſunt, et evidens abſurditas nequaquam locum in animis hominum invenire debet. Hoc hominem inprimis decet, ut verbis ſuis fidem præſtet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt ne maritus quemadm. &c.

CONSTIT. XX.

JUſte quoque Imp. Leo in *d. conſtit.* 20. ſuſtulit æqualitat. dot. & donat. propt. nupt. ut *nos. lat. ad Nov.* 97. & *Nov.* 22. *cap.* 20. Sed injuſtam retinuit ſucceſſionem ab inteſt. ut *lat. ad dd. Novell.* & *ad tit. C. unde vir & ux. & alib.*

Vt dotis promiſſio &c.

CONSTIT XXI.

AN & quatenus Leo in *d. conſtit.* 21. juſte emendaverit *l. ult. C. de dot. promiſſ.* indicavi in *not. & diſp. ad d. l. fin.* Summa tamen ex *pr. d. conſtit.* hæc eſto: ut libræ lancea, æquales recte dijudicant, ita & lex recte diſponit, ſi in promiſſis æqualitatem ſervat.

Vt mulier. quæ matrimon. &c.

CONSTIT. XXII

AN Leo in *d. conſtit.* 22. recte confirmet conſuetudinem, quæ ſervabatur circa mulierem, quæ non tranſierat ad ſecund. nupt. haud uno in loco ſignificavi *ſup.* Varie circa pœnas ſecundar. nuptiar. conſtitutum fuiſſe, ut tunc Tribonianus leges fixiſſe ac refixiſſe videatur, oſtendit *Gothof. ad d. conſtit.* 22. Nobis omnes pœnæ ſecundar. nupt. abrogandæ videntur, ut *lat. ad l.* 3. & 6. *C. de ſecund. nupt.*

Ne præſides in provinc. &c.

CONSTIT XXIII.

LEonem in *d. conſtit.* 23. & male addidiſſe de filia, & male confirmaſſe ipſam conſtitutionem de filio vel ipſo præſide, qui prohibetur provincialem ducere uxorem, aut cum ea ſponſalia contrahere, probavi in *not. ad l.* 38 *D. de rit. nupt. & ad tit. C. ſi rector provinc. & ad tit. C. ſi quacunque prædit. poteſt.*

Ne filii natural. cum adopt. &c.

CONSTIT. XXIV.

NImis religioſus aut honeſtus eſt noſter Leo circa filios adoptivos in *d. conſtit.* 24. ubi ne quidem filia adoptiva poſt diſſolutam adoptionem fratri naturali in matrimonio dari poteſt. Plures ration. huj. noſtr. cenſur. videre licet in *not. ad l.* 17. *D. de rit. nupt. & ad* §. 1. & 2. *inſt. de nupt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De emancipat. & dot. reſtit.

CONSTIT. XXV.

JUſte in *d. conſtit.* filium tacite videri emancipatum, ſi pater patiatur filium ſeparatim habitare, aut mercaturam exercere, notavi ad *l. 3. C. de emancipat. liberor.* Idem dicendum eſſe, quando filius contraxit matrimon. dixi *ſup. ſæp.* An ergo hoc ex *d. conſtit.* probari poſſit, & quatenus *d. conſtit.* corrupta ſit, parum attendo. An in *d. conſtit.* etiam corrigatur *l. un. C. de ingrat. lib.* vide in *not. noſtr. ad eand.* De reſtitut. dot. deque facultate teſtandi *alib.*

Vt eunuchi adoptare poſſint.

CONSTIT XXVI.

RAtio, cur in *d. conſtit.* eunuchi aut caſtrati adoptare poſſint, addita eſt *ibid.* latiusque à nobis probata ad §. 9. *inſt. de adopt.* ubi & hoc oſtenſum, quod adoptio non plane abierit in deſuetudinem, licet hoc ſcripſerit *Groenw. ad d. conſtit.* Raro quidem contingit adoptio, ſed ſi contingat, omnino locum habebit *d. conſtit.*

Vt parit omnib. adopt. lic.

CONSTIT XXVI.

RAtio, cur in *d. conſtit.* contra §. 10. *Inſt. de adopt.* fœminæ poſſint adoptare, licet nunquam liberos habuerint, adjecta eſt *ibid.* ſed latius excuſſa in *not. noſtr. ad d.* §. 9. & 10. *Inſt. de adopt.* & *ad l.* 10. *C. qui teſtam. fac.*

Quo tempore & à quibus &c.

CONSTIT. XXVIII

RAtio, cur in *d. conſtit.* contra *l. 2. C. de his. qui ven. ætat.* petitio veniæ ætat. non debeat eſſe adſtricta certis anis, intermixta eſt *ibid.* latiuſque in *not. noſtr.* ad probata ad *d. l. 2.*

Vt ancillar. partus &c.

CONSTIT. XXIX.

QUatenus *d. conſtit.* 29. agit de partu ancillar. exolevit quidem, ſed quia applicari poteſt animalibus brutis (nequid hic erret *Groenw.*) nequaquam exoleviſſe dicenda eſt. An ergo *d. conſtit.* corrigat. *l.* 10. *l.* 33. *de uſucap. vel l.* 48. §. 3. *C. de furt.* quæ in *d. conſtit.* indicantur, vide in *not. noſtr. ad dd. ll.* & *in d. conſtit.* 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

conſtit. 29. An etiam ex *d. conſtit.* probare liceat, quod tutor non poſſit pupillæ plenam imputare præſtationem alimentorum, ſi pupillæ miniſterio uſus ſit, parum animadverto, quum hoc certum ſit, & à nobis probat. ad *tit. C. de negot. geſt. & alib.*

De muliere, quæ vivo marito &c.

CONSTIT. XXX.

RAtio, cur in *d. conſtit.* maritus illam uxorem deſerere poſſit, quæ vivente marito ſuo alios de alio matrimonio compellavit, addita quidem eſt *ibid.* ſed quia ſimplex compellatio non eſt ſpecies adulterii, non eſt ſufficiens ad vinculum matrimonii diſſolvendum, & ideo male in *d. conſtit.* perſtringitur Juſtin. qui etiam male dicitur ſibi contradicere, dum quid novi conſtituat Adde *not. noſtr. ad tit. D. & C. de divort. & repud.*

Vt quæ mulier mariti &c.

CONSTIT. XXXI.

An in *d. c. conſtit.* Juſtinian. recte reprehendatur, quod in una lege aliquid jubeat fieri, ut in *Nov.* 22. *cap.* 16. §. 1. in altera non permittat, ut in *Nov* 17. *c.* 8. parum attendo, quum nec in hoc caſu adulterium poſſit videri commiſſum. Injuſte ergo hic permittitur repudiatio, ſed tamen juſte ſeparatio thori & menſæ, ob ration. allegat. in *d. conſtit.* 31.

De adulteris manif. depreh.

CONSTIT. XXXII.

AN in *d. conſtit.* Leoni recte placuerit mitior ſententia, ſignificavi ad §. 4. *Inſt. de public. judic. & ad tit. D. & C. de adulter.* Abſciſſio narium hodie minus uſitata, ut & detruſio in monaſterium. Dotis amiſſio indicata eſt ad *Nov.* 117. *c.* 8. *& alib.* An & quando adultera poſſit aliud matrimonium contrahere, notavi ad *d. tit. de repud.*

Ne captivor. uxorib. &c.

CONSTIT. XXXIII.

Juſtas eſſe illas rationes, quas Leo in *d. conſtit.* 33. allegavit contra *Nov. Juſtin.* 22. *C.* 7. *& Nov:* 117. *C.* 11. manifeſte apparet ex *noſtr. ad l.* 7. *C. de repud. & ad dd: Novell.*

De

De tutore, qui pupill. vitiav.

CONSTIT. XXXIV.

HOdie pœnam iſtius tutoris, qui pupillam ſuam vitiavit, de quo *d. conſtit.* arbitrariam eſſe, notavi ad *l. un. C. ſi quis eam, cuj. tut.* An tamen Leo rectius ipſi pupillæ quam fiſco bona tutoris adjudicaverit, ſignificavi in *ſuperioribus*, quæ prohibent, ne privatus ſentiat lucrum ex delicto privati. Sane damni & intereſſe rationem habendam eſſe, nemo inficietur.

De raptor. virgin. eorumque &c.

CONSTIT XXXV.

JUſtam eſſe illam mitigationem, qua Imp. Leo in *d. conſtit.* mitigavit pœnam rapt. evincunt tum rationes in *d. conſtit.* expreſſ. tum in *not. noſtr. ad l. un. C. de rapt. virgin.*

Vt captivi fil. her. ſit.

CONSTIT. XXXVI.

AN in *d. conſtit.* 36. recte corrigatur *l. 1. C. de poſtlim. reverſ.* fruſtra quæritur, cum hodie jus poſtliminii in captivis perſonis non ſervetur, vel captivi non fiant ſervi, atque adeo filius extra dubium ſit heres patris captivi mortui, ut lat. in *not. noſtr. ad d. l. 1. & §. 5. Inſt. quib. mod. jus pat. pot.*

Vt domini teſtam. manum. &c.

CONSTIT. XXXVII.

AN etiam hæc *conſtit.* 37. recte corrigat *l. 14. D. qui teſtam. fac. poſſ.* parum aut nihil animadverto, quum de ſervis quæſtio ſit. Videſis tamen *not. noſtr. ad d. l. 14.*

Vt Imp. ſervi de rebus &c.

CONSTIT. XXXVIII.

SUmma ex *d. conſtit.* quæ de ſervis, hæc eſto: non temere quis debet impediri, quominus de re ſua diſponere poſſit. Quo facit *Plin.* 8. *epiſt.* 16. & *l. 120. D. de verb. ſignif.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt prodigus quæ ex re &c.

CONSTIT. XXXIX.

REcte in *d. conſtit.* 39. corrigi aut temperari §. 2. *Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l.* 28 *D. qui teſtam. fac. & l.* 1. *D. de curat. prod. dand.* notavi ad *dd. text.*

Vt captivi teſtam. fact. hab.

CONSTIT. XL.

HOdie captivos non fieri ſervos inter Chriſtianos, notavi *ſup. ad conſtit.* 36. & ideo mirum non eſt, ſi juxta *d. conſtit.* 40. dicamus, eos teſtamenti factionem habere, & ſic corrigi §. *ult. Inſt. quib. non eſt permiſſ. & l.* 8. *D. qui teſtam. fac.* Quin ipſos captos apud Turcas diximus teſtamentum facere poſſe de bonis, quæ hic ſita ſunt. Reliqua de teſtam. milit. deque numero teſtium in teſtam. adhibendo, excuſſa ſunt in mat. teſtam. *ſæp.*

Vt in civitatib. quinque &c.

CONSTIT. XLI.

POſſunt quidem quinque vel ſept. teſtes requiri in teſtament. ut in *d. conſtit.* ſed tantum ſub pœna pecuniaria, non vero ſub pœna nullitatis teſtamenti, cum jure Divino in ore duor. vel trium omnis veritas conſiſtat. *Deut.* 19. Plur. ration. contra *d. conſtit.* videre licet in *not. noſtr. ad tit. Inſt. de teſtam. ordin. & alib.*

Vt ſufficiens num. teſt. &c.

CONSTIT. XLII.

REctiſſime per *d. conſtit.* 42. corrigi §. 5. *Inſt. de teſtam. ordinand.* ubi ſubſignationes & ſubſcriptiones pro ſubſtantia teſtamenti requiruntur, notavi ad *d.* §. 5. *& alib. ſæp.*

Vt per ſcrib. ignar. teſtam. &c.

CONSTIT XLIII.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 45. teſtes etiam illiterati admittantur ad teſtimonium in teſtamento dicendum, data eſt ad *conſtit.* 41. Cœterum hoc ita demum procedit in teſtamento ſcripto, ſi alius ſua manu confirmet, illiterati ſignum eſſe, quod adjecit, ut *lat. ad l. ult. C. de teſtam.*

A quib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

A quib. obſignari &c.

CONSTIT. XLIV.

HOdie nec obſignationes apud veteres uſitatas, nec in *d. conſtit.* præſcriptas ſervari, notavi ad *l.* 23. *& ult. C. de teſtament. & ad* §. 3. *& ſeqq. Inſt. de teſtam. ordin.* An & quomodo obſignatio notarii vel ſecretarii requiri poſſit, ſignificavi ad *d. conſtit.* 41.

Vt ſentent. judic. in liter. &c.

CONSTIT. XLV.

RAtio, cur in *d. conſtit.* judices teneantur ſententias ſuas obſignare ſuis manibus, addita eſt *ibid.* ſed illa quidem pœnam pecuniariam in ſecus facientes ſtatuit, vix tamen pœnam nullitatis ſententiæ, ut *ſup. prob. ſæp.* Adde *not. noſtr. ad l. ult. C. de ſentent. ex peric. recit.* ex quib. apparet, quod nec hodie ſecretario, qui ſententias judicum in literas ſeu ſcripturam redigit, plena fides debeatur, de quo *alib. lat.*

Abrogatio quarund. de curiis &c.

CONSTIT XLVI.

SUmma ex *d. conſtit.* 46. quæ de decurionib. ſeu ordinib. decurion. hæc eſto: quæ ad nihil conducunt, ab Imp. contemnenda ſunt, ſed commoda fovenda, legesque nocentes Reipub. è corpore legum ejiciendæ ſunt.

Abrogatio leg. quæ ſenat. &c.

CONSTIT. XLVII.

QUin hodie conſtituant Prætores vel præfectos, de quib. *d. conſtit.* 47. dixi ad *l.* 2. *C. de offic. præt.* quæ hic corrigitur, & ad *tit. plur. D. & C. de offic. magiſtrat.*

Ne mulieres in contractib. &c.

CONSTIT. XLVIII.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 48. mulieres excludantur à teſtimonio in contractibus præbendo, addita eſt *ibid.* ſed illa eſt propria Romanorum, ſeu Italorum, aut ſaltem bona non eſt, cum juri Divino adverſetur, quod mulierum teſtimonium nusquam rejicit, ſed potius admittit, ut lat. ad §. 6. *Inſt. de teſtam. ordin. & alib. Groen. ad d. conſtit.* An & quomodo tamen ſoli maſculi requiri poſſint, ſignificavi *ſup. aliquot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ne ſervi ad dicend. teſtim. &c.

CONSTIT. XLIX.

AN & quatenus *d. conſtit.* 49. corrigat vel *l.* 7. *D. de teſtib.* vel *Novel. Juſtin.* 90. *c.* 6. ſignificavi ad *dd. text.* Sane ſi hodie in hiſce locis darentur ſervi, non plane ab omni teſtimonio repellendi videntur, ut *lat. ad d. l.* 7. *& alib.*

Vt donat. quæ in liter. &c.

CONSTIT. L.

AN locus in *d. conſtit.* 50. corruptus ſit, & an potius inſinuatio donationis remittatur, atque adeo corrigatur *l.* 24. vel *l.* 36. *C. de donat.* parum animadverto; quum inſinuatio in veritate ſeu juſtitia non poſſit requiri, niſi ſub pœna pecuniaria, ut *ſup. ſæp. & lat. ad l.* 27. *& l.* 34. *C. de donat. & ad* §. 2. *Inſt. eod.* ubi & mores videre licet.

De invento theſauro cujus &c.

CONSTIT. LI.

HOdie contra *dict. conſtit.* 51. theſaurum rectius pertinere ad Principes ſeu Ordines cujuscunque provinc. ſive inventus ſit in loco proprio, ſive in alieno aut fiſcali, notavi & probavi ad §. 39. *Inſt. de rer. diviſ. & ad l.* 31 §. 1. *D. de adq. rer. dom.*

Vt tam veter. princip. &c.

CONSTIT. LII.

QUænam veterum Princip. aut recentiorum numiſmata, de quib. *d. conſtit.* juſti valoris habeantur, quæque ſit pœna ejus, qui alterius quantitatis monetam accepit, quam Princeps vel alius ſuperior Magiſtratus injunxit, ſignificavi ad *tit. C. de veter. numiſmat. poteſt. & alib.*

Vt cuique tam intra civitat. &c.

CONSTIT. LIII.

AN juſte Leo in *d. conſtit.* permiſerit, ut quisque mortuum ſuum intra mœnia civitatis ſepelire poſſit, atque adeo recte correcta ſit *l.* 3. §. 7. *D. de ſepul. viol.* vel *l.* 17. *C. de religioſ.* ſignificavi ad *dd. ll. & ad l.* 2. *C. de SS. Eccleſ.*

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt dominic. dieb. omn. &c.

CONSTIT. LIV.

AN & quatenus diebus Dominicis, de quib. *d. conſtit.* 54. agit, liceat operari, & quatenus *l.* 3. *C. de fer.* correcta ſit per *h. conſtit.* ſignificavi ad *d. l.* 3. *& ult. C. de fer. & tot. tit. D. de fer. & dilat.*

Vt judæi ſecund. Chriſt. &c.

CONSTIT. LV.

AN & quatenus *d. conſtit.* 55. recte corrigat *Nov. Juſtin.* 146. vel *tot. tit. C. de judæ.* vel quatenus judæi poſſint cogi ad ritus Chriſtianorum, ſignificavi ad *d. tit. C. de judæ. & cœlic.*

De oris maritimis.

CONSTIT. LVI.

RAtio congrua, cur in *d. conſtit.* 56. corrigatur §. *ult. l.* 13. *D. de injur.* vel cur non incurrat. in action. injur. qui aliquem piſcari prohibuit ante ſuum prætor. vel prothyr. adjecta eſt *ibid.* Scripſit quidem *Groenw. d. conſtit.* rurſus contraria conſuetudine abrogatam eſſe, ſed hoc abſolute verum non eſſe, notavi ad *d.* §. *ult. & ad l.* 9. *D. de l. Rhod.* ad quam ſe retulit *Groenw. ad d. conſtit.* 56.

Quantum in piſcatib. &c.

CONSTIT. LVII.

HÆc *conſtit.* 57. ad mores noſtros non pertinet, teſtante *Groenw. ad eand.* ſed aliquas tamen ſummas ex *d. conſtit.* colligi poſſe, apparet tum ex *d. conſtit.* 57. tum ex *conſtit.* 102. *& ſeqq.* Scilicet iſta ἐποχὴ ſeu iſtud prothyrum & veſtibulum ædium hodie proprie non exſtat, ſed tamen & hodie quædam remoræ in quibuſdam maribus exſtant, quas tranſgredi non licet. Alii vocant ῥάνας retia in mare extenſas confixis palis. *Gothof. hic.*

Ne ex ſanguine cibus confic.

CONSTIT. LVIII.

SUcceſſo temporis, inquit *Groen. ad d. conſtit.* 58. adeo exolevit, ut botuli porcino ſanguine refarti Chriſtianis hodie in deliciis ſint. Sed bene, an male? Ex præmiſſis ipſius *Groen.* ſatis apparet, quod in novo Teſtamento mundis omnia munda videri debeant, omniaque eſculenta & potulenta licita, ſi cum gratiar. actione accipiantur, & ſine ſcandalo. 1. *Corinth.* 8. 1. *Timoth.* 4. Lex ergo *Levit.* 17. mere ceremonialis eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Abrogatio leg. quæ homin. &c.

CONSTIT. LIX.

RAtio cur in *d.conſtit.59.* prohibeatur venditio hominis liberi, addita eſt. *ibid.* latiuſque probata à *Gothof.* & *à nob. in not. ad* §. 4. *Inſt. de jur. perſon.* & *ad l. 5. D. de ſtat homin.* Cœterum pœna in *d. conſtit.* expreſſa exolevit, vel potius arbitraria eſt, ut *alib. ſæp.*

Qua pœna caſtratores &c.

CONSTIT. LX.

AN & quatenus hæc *conſtit.* 60. corrigat *Juſtin. Nov.* 124. *c.* 1. vel qua juſta pœna afficiantur caſtratores & caſtrati, notavi ad *d. c.* 1. & *ad tit. C. de eunuch.*

Tributor. exactores &c.

CONSTIT. LXI.

REcte quidem Leo in *d.conſtit.* videtur pœnam capitalem, ſeu *l. un. C. de ſuper. ex act.* mutaſſe in pecuniariam, ſed non recte ſubſtituit pœnam dupli, cum exactores tributor. qui plus exegerunt, quam poterant exigere, potius pœna arbitraria plectendi ſint, ut & Moribus ſervatur, & rationibus à nobis probat. ad *d. l. un.* & *alib. ſæp.*

De pœna ejus, qui rempublic. &c.

CONSTIT. LXV.

SCilicet nulla videtur proportio ſervari inter delict. & pœn. ſi ille, qui vendidit rempublicam, capite puniatur, & ideo Imp. Leo recte correxit hic *l.* 3. & *ſeqq. C. quæ res venire non poſſ.* Sed nec pœna quadrupli recipienda videtur, quam & ipſe *Groen.* hodie arbitrariam cenſet, & *nos* probavimus ad *dd.ll.* Rei, in quam, natura (ut hic ſemel repetam) non patitur, ut delictis illis certa pœna præſcribatur, cum varietas perſonar. ac circumſtantiar. aliter ſuadeat, variaſque pœnas ſtatuat.

De pœna illor. qui res vetit. &c.

CONSTIT. LXIII.

LAudandus rurſus quidem eſt mitior animus Leon. in *d.conſtit.* 63. ubi pœnam capitalem mutavit in pœnam quadrupli, quæ eſt in *l.* 1 & *ſeq. C. quæ res export.* & *l.4. D. ad l. Jul. majeſtat.* Sed tamen rectius pænam ſtatui arbitrariam, notavi et probavi ad *conſtit. præced.* Plura de reb. non export. videre licet in *noſtr. ad. d. tit. Cod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De pœna eor. nauf. ſuppreſſ.

CONSTIT. LXIV.

OPtima profecto ratio in *d. conſtit.* 64. adjecta eſt, cur Leo in caſu *d. conſtit.* mutaverit pœnam capitalem, quæ eſt in *l.* 3. *D. de incend. ruin. nauf. & in l.* 3. *§.* 4. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* Cœterum arbitrium judicis non debet videri excluſum, ut *ſup. notat. aliquot.* Plura de jure naufrag. videre licet in *noſtr. ad tit. C. de naufrag.*

De incantator. pœna.

CONSTIT. LXV.

JUſte quidem Leo in *d. conſtit.* 65. punit incantatores, licet benedixerint ſegeti aut homini, atque adeo juſte quoque corrigit *l.* 4. *C. de malefic. & mathem.* ſed pœna capitis nimis dura videtur, niſi dicamus jus Divin. *Levit.* 20. *Deut.* 18. morale eſſe, de quo *nos lat. ad d. l.* 4. *& alib.*

De Plagio.

CONSTIT. LXVI.

SI in *præced. conſtit.* lex Divina Leoni viſa ſit moralis, cur ſecus in hac *conſtit.* 66. ubi pœna tantum pecuniaria ſtatuitur in plagiarios, quæ in veteri Teſtamento capitalis fuit *Exod.* 21. *Deut.* 24. Saltem hoc morale dictis Legib. Divinis ineſt, quod & incantatores & plagiarii gravius ſint puniendi. Adde *not. noſtr. ad l.* 7. *C. de plag. & ad tot. tit. D. de ad l. Fal. de plag.*

De iis, qui ad hoſtes &c.

CONSTIT. LXVII.

RAtio bona, cur in *d. conſtit.* transfuga ſponte reverſus non poſſit ſubjici beſtiis, addita eſt *ibid.* Sed pœna mortis adhuc dura videtur in eo, qui non ſponte reverſus eſt, ſed adprehenſus. Vide *not. noſtr. ad l.* 3. *§.* 9. *& ſeq. D. de re milit. & ad l.* 8. *§.* 2. *D. de pœn.* Iterata tamen delicta gravius punienda ſunt. *arg. d. conſtit. & d. §.* 9. *l.* 3. *D. de re milit*

Ut monachi & clerici &c.

CONSTIT. LXVIII.

QUo uſu, quoque temperamento videatur accipienda *d. conſtit.* 68. ſignificavi ad *Nov.* 123. *c.* 6. *& ad l.* 52. *& auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.*

Cœcos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Cœcos ſecreto teſtam. &c.

CONSTIT. LXIX.

QUomodo hodie cœcus, de quo *d. conſtit.* 96. ſecreto poſſit teſtamentum condere, excuſſi ad *l.* 8. *C. qui teſtam. & ad Nov.* 119. An ergo hic denotetur teſtamentum ſcriptum, an nuncupativum, parum animadverto.

De graſſationibus.

CONSTIT. LXX.

QUoniam hæc *conſtit.* confirmat jus vetus quod pœnam conſtituit in graſſatores, ideo nullæ aliæ notæ hic videntur adjciendæ, quam adjectæ ſunt ad *l.* 28. §. *graſſat.* 10. *D. de pœn.*

De iis, qui in locis Arab. &c.

CONSTIT. LXXI.

MOribus *dict. conſtit.* 71. abrogatam eſſe, & ædificia habere ſpatia diſtantiæ ex ſingularibus ſtatutis, notavi ad *l.* 9. *C. de ædific. privat. Groenew. ad eand.* Plura ad *l. ult. D. fin. regund.*

Vt pacta etiam non conſtit. &c.

CONSTIT. LXXII.

HOdie pacta actionem parere non tantum deſtituta adjectione pœnæ, ſed etiam privata ſigno crucis, de quo *d. conſtit.* notavi ad *tit. D. & C. de pact. ſæp.* An ergo hic locus valde ſuſpectus ſit, parum attendo. Sane contra *Gothof.* hoc de jure Romano certum eſt, quod pactum nudum maneat nudum, licet literis ſit munitum aut in ſcripturam redactum, ut plurib. probat. ad *dd. titul. de pact.* Plura de cruce apud *Gothof. ad d. conſtit. & nos ad tit. C. nemin. lic. ſign. ſalvat. & alib.*

Vt nemo cum mulierib. &c.

CONSTIT. LXXIII.

HOdie quidem in noſtro Belgio non dantur iſta cœnacula Eccleſiar. de quib. *d. conſtit.* loquitur, ſed aliquando etiam Paſtores noſtri prohibentur habitare cum quibuſd. mulierib. ut *lat. ad l.* 9. & 19. *C. de Epiſcop. & Cleric. & ad Nov.* 123. & 133.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ne ante legit. matrim. temp. &c.

CONSTIT. LXXIV.

QUando apud Reformatos ſoleant fieri ſolennes benedictiones, de quib. *d. conſtit.* 74. ſignificavi ad *l.* 5. *& ſeq. D. de rit. nupt. & alib. ſæp.* Quodnam hodie ſit legitimum nuptiarum tempus in maſculis vel fœminis, dixi ad *pr. Inſt. de nupt.* Reliqua de ſponſalib. excuſſa ſunt ad *l.* 1. *& ſeqq. C. de ſponſalib. & arr. ſponſ.*

Vt qui vigenti annor. &c.

CONSTIT. LXXV.

HÆc conſtit. plane coincidit cum *conſtit.* 16. & ideo nullis aliis novis notis opus habere videtur, niſi hæc ſumma neceſſaria videatur, quod ſacra decreta in ſuis rebus prævaleant civilibus, atque adeo multum ad ea attendere debeat Imp. aut magiſtratus civilis.

De pœna falſ. teſtim. dicent. &c.

CONSTIT. LXXVI.

HÆc quoque *conſtit.* 76. idem continet argumentum, quod decidit *Nov. Juſtin.* 123. *c.* 20. & ideo Lector ad illas *not.* remittendus videtur, quas ſcripſi ad *d. c.* 20. cum eadem acta agere tœdioſum ſit. Iuvat tamen hanc ſummam hic adjice te, quod teſtis juratus falſo jurans gravius puniendus ſit, quam non juratus. Plura de perjurio & crimine falſi ad *l.* 2. *C. de jurejur. & ad tit. D. & C. de falſ.*

De falſarior. pœna.

CONSTIT. LXXVII.

TUnc demum falſarius pœnæ mortis ſubjiciendus eſt, quando per ſuum ſcriptum aut dictum alteri mortem intentavit, aut mortis periculum procreavit *d. conſtit.* 77. quæ juri Divino conveniens eſt. *Deut.* 19 *v.* 19. An hoc morale ſit, excuſſum eſt *alib.* Adde *not. noſtr. ad tit. D. & C. de falſ. Clar.* 5. *ſentent.* §. 4. *falſ. Gothof. ad d. conſtit.* 77.

Ne amplius SC^ta fiant.

CONSTIT. LXXVIII.

COrrigit quidem *d. conſtit.* 78. *tit. Cod. de SCt. & l.* 9. *D. de legib. & SCt.* ut hic notavit *Gothof.* ſed & ante hanc *conſtit.* Senatui jus ferendæ legis ademptum fuit. *l. ult.* §. 1. *C. de legib.* aut ſaltem injuſte ademptum, ut plurib. probat. ad §. 4. *Inſt. de jure nat. gent. & civil. & ad l.* 1. *D. de conſtit. princip. & alib. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De pœna ſacerdot. diacon. &c.

CONSTIT. LXXIX.

HOdie ſacerdotes aut diaconos ne quidem ordine ſuo privari, aut privandos videri, ſupra contra hanc *conſtit.* 79. probat. *ſæp.* Vide *not. noſtr. ad Nov. 6. c. 5. & ad auth. multo magis. C. de Epiſcop. & Cleric. & paſſ. ad jus Canon.*

Vt purpuræ ſegmenta &c.

CONSTIT. LXXX.

RAtio, cur in *d. conſtit.* ſaltem permiſſum ſit, ut ſegmenta purpuræ vendere & emere liceat ſubditis, addita eſt *ibid.* ſed hodie propter promiſcuum mercaturæ uſum & propter receptam ſuperbiam licet integras telas vendere, & intgras ex purpura veſtes circumferre, ut *notat. ad tit. C. quæ res venir. non poſſ. & ad l. ult. C. de veſtib. holocer.*

Ne ex auro & pretioſ. &c.

CONSTIT. LXXXI.

AN & quatenus per hanc *conſtit.* 81. corrigatur *l. un. C. null. lic. in fren.* vel *conſtitutio Aurell.* parum attendo; quum & ipſa *d. conſtit.* 81. non ſervetur, ut videre eſt in *not. noſtr. ad d. l. un. & ad l. 2. C. quæ res venir. non poſſ.*

De teſtam. reſignato.

CONSTIT. LXXXII.

REcte quidem in *d. conſtit.* reſignationem teſtamenti rejectam eſſe, certum eſt. Sed quæ ratio, cur adhuc requiratur ſubſcriptio pro ſubſtantia? Poteſt quidem & ipſa ſubſignatio requiri ſub pœna pecuniaria, ſed minime ſub pœna nullitatis teſtamenti, ut *notat. ad §. 5. Inſt. de teſtam. ordin. & ſup. ad Novell. Juſtin. & Leon. ſæp.*

Vt ad trient. uſur. &c.

CONSTIT. LXXXIII.

REcte quidem Leo in *d. conſtit.* 83. abrogavit patris Baſilii conſtitutionem, quæ omnes uſuras prohibet, ſed ratio adjecta nec pro uſuris trientibus militat, nec pro uſuris in genere, ut *lat. in not noſtr. ad tit. de uſur. & ad l. 26. §. 1. C. eod.*

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ut negotiari, ædificare &c.

CONSTIT. LXXXIV.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 84. corrigatur *l. un. C. de contractib. jud.* vel cur liceat magiſtatibus emere vel ædificare tempore adminiſtrationis, data cum uſu eſt ad *d. l. un.* An & quando magiſtratus vel judex poſſit munera accipere, ſignificavi in *l. 6. §. 3. D. de offic. proconſul. & alib.*

Ut patres qui nupt. non iter.

CONSTIT. LXXXV.

QUod in hac *conſtit.* 85. conſtituatur de patre, qui non iterans nupt. unius liberor. portion. capit, illud ſupra conſtitutum fuit de matre in *nov.* ſeu *conſtit.* 22. & ideo nullæ novæ notæ ad hanc *conſtit.* neceſſariæ videntur. Vocat quidem Imp. in *d. conſtit.* 85. remunerationem honorificæ voluntatis, ſed revera honeſtior voluntas eſt, ſi pater tranſierit ad ſecund. nupt. aut ſaltem non violat honeſtatem, cum lege Divina permittente contraxerit, ut *lat. ad d. conſtit.* 22. *& ad tit. C. de ſecund. nupt.*

De pœna epiſcopor. ſacerdot. &c.

CONSTIT. LXXXVI.

RAtio, cur contra *dict. conſtit.* 86. hodie noſtri Epiſcopi vel ſacerdotes ſaltem obligentur ex ſuis ſponſionibus vel aliis contractibus, data eſt ad *Nov. Juſtin.* 123. *c.* 6. *& ad tit. D. & C. de pact.*

De Eccleſiaſticor. alea lud. &c.

CONSTIT. LXXXVII.

AN in *d. conſtit.* 87. triennalis relegatio in monaſter. recte ſit ſubſtituta in locum deportat. nullus inquiro; quum hodie nec monaſteria apud Reformatos reperiantur, nec certæ pœnæ, ſed tamen arbitrariæ, quibus & noſtri Presbyteri puniri poſſent, ſi aleæ luſum exercuerint. An aleæ luſus per ſe ſit turpis aut illicitus, ſignificavi ad *tit. D. & C. de aleat. & ad cap.* 15. *ext. de vita & honeſt. clericor.*

Celebribus quibuſd. in Eccleſ. &c.

CONSTIT. LXXXVIII.

ILlos feſtos dies, qui in *d. conſtit.* 88. conſtituti ſunt viris ibi enarratis, hodie non ſervari, nec ſervandos videri apud Reformatos, quum ſpeciem idololatriæ contineant, notavit *Groen. ad d. conſtit. & nos ſæp. ad jus Canon.* Quin ipſi Chriſto fruſtra novi dies feſti ab Eccleſia conſecrantur. *Matt.* 15. *v.* 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ne matrimon. citra ſacr. &c.

CONSTIT. LXXXIX.

ILlam ſacram benedictiɔn. de qua *d. conſtit.* 89. hodie apud Nos non ſervari, aut non neceſſariam videri, apparet ex illa conſuetudine, quæ permittit alterius religionis homines matrimonium celebrare coram magiſtratu. *Groenew. hic.* Scilicet pie quidem fiunt iſtæ benedictiones, & ideo in noſtr. Eccleſiis etiam fiunt & præſcribuntur **in 't Formulier vanden Houwelijcken ſtaet** / ſed pro ſubſtantia matrimonii requiri non poſſunt, ut *lat. ad tit. D. de rit. nupt. & alib.* Reliqua de adopt. ad *tit. Inſt. & Dig. de adopt.*

Vt qui tertium matrim. &c.

CONSTIT. XC.

QUo jure in *d. conſtit.* 90. ille pœnæ obnoxius dicitur, qui tertio matrimonium contraxit? Quis iſte ſacer canon, qui eſt contra jus Divinum? Sane ratio, quæ in *d. conſtit.* à beſtiis deſumpta eſt, admodum infirma eſt, ut regulariter, præſertim contra leg. Divin. quæ in hunc caſum ſupra allegata eſt *ſæp.*

Vt concubin. hab. non lic.

CONSTIT. XCI.

JUſte pieque Imp. Leon. in *d. conſtit.* 91. tollere concubinatum, vel corrigere & *tit. D. de concub.* & *tit. Cod. de concub.* pluribus rationibus probavi ad *dd. titul. & ad jus Canon. in var. capit.*

De pœna, jus equi aliq. &c.

CONSTIT. XCII.

QUoniam privatus in noſtra Repub. nec poſſit, nec debeat ſentire lucrum ex delicto privati, ideo nec pœna vel mulcta illa, quam *d. conſtit.* in excœcantes conſtituit, hodie in uſu eſt, ſed tamen arbitraria fiſco applicanda, ut *ſup. ſæp.* Quod læſus damnum ſuum perſequi poſſit, indicavi *itid. ſup. ſæp.* Quin & ipſa lex talionis, quæ in *d. conſtit.* plane rejecta videtur, in foro noſtro quandoque uſum habet, ut *lat. ad* §. 7. *Inſt. de injur. & alib.*

Vt ſi ſponſa ex alio gravida &c.

CONSTIT. XCIII.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 93. ille, qui per errorem contraxit ſponſalia cum gravida ex alio, poſſit à ſponſalibus reſilire, addita una atque altera eſt *ibid.* Quid dicendum ſit, ſi matrimonium perfecerit, vel rem cum ea habuerit, ſignificavi ad *l.* 5. *C. de ſponſalib. & alib.*

Legis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Legis quæ de conſul. ag. abrog.

CONSTIT. XCIV.

AN & quatenus *Nov. Juſtin.* 105. quæ in *d. conſtit.* 94. denotatur, ſit abrota, ſignificavi & ad *d. Nov.* 105. & *ad* §. 46. *Inſt. de rer. diviſ. & ad tit. C. de conſu. lib. & non ſpargend. & ad tit. C. public. lætit. vel conſul. &c.*

De avulſa terræ cruſta.

CONSTIT. XCV.

AN ſimilis caſus, qui in *d. conſtit.* 95. deciditur, exſtat in *l.* 9. §. 2. *D. de damn. inf.* parum animadverto, quum & dicta conſtitutio perſpicua & æqua ſit, ejusque ratio latius probata in *l.* 3. *l.* 8. &. 9. *D. de damn. infect.*

De ſepulchro violato.

CONSTIT. XCVI.

QUatenus Leo in *d. conſtit.* 96. mitiorem pœnam ſtatuit in violatores ſepulchror. eatenus laudem meretur, cum veteres nimis ſuperſtitioſi circa ſepulchra fuerint. Cœterum pœna arbitraria certæ præferenda eſt, aut ſaltem arbitrium judicis non debet videri excluſum, ne quid hic erret *Groenew.* qui ſcripſit, omnem violati ſepulchri pœnam abiiſſe in deſuetud. Adde *not. noſtr. ad tit. D. & C. de ſepulchr. viol.*

Ut in conteſtatione &c.

CONSTIT. XCVII.

AN & quatenus Imp. poſſit explicare text. in jure Divino, & Leo bene aſſecutus ſit ſenſum *verſ.* 34. *Matth.* 5. nullus diſquiro, quum in *d. conſt.* 97. præcipue agatur de jurejur. propt. calumn. de quo plene dixi ad *tit. C. de jurejur. propt. calumn. & ad* §. 1. *Inſt. de pœn. tem. litigant.*

De pœna eunuch. ſi uxor. duc.

CONSTIT. XCVIII.

VErum quidem eſt, quod illa pœna ſtupri, qua in *d. conſtit.* 98. puniuntur eunuchi, qui uxores duxerunt, hodie non ſervetur, ſed quod dictus eunuchus vix illi pœnæ obnoxius eſſet, ut ſcripſit *Groen. ad d. conſtit.* hoc omnino falſum cenſeo, cum delictum commiſſum ſit, & ideo & ipſum matrimonium nullum, & puniendum pœna arbitraria, ut & ipſe ſacerdos, qui ſciens conjunxit, ut *ſup. ſæp.* Et ſic intellige rationes in *d. conſtit.* expreſſas, quæ etiam evincunt, Imperatorem oportere juris Divini peritum eſſe, aut ſaltem Imperatori à Theologis jus Divinum mutuandum eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Vt qui jusjurand. deſert. &c.

CONSTIT. XCIX.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 99. ille, qui defert jusjurandum, primo debeat jurare de calumnia, allegata eſt *ibid.* latiusque excuſſa in *noſtr. ad* § *ult. Inſt de fideicom. heredit. & ad l.* 34. & 37. *D. de jurejur. & l.* 9. *C. de reb. cred & jurejur.*

De ſervis, qui liber. in matrim. &c.

CONSTIT. C.

SUmma ex *d. conſtit.* 100. quæ de ſervis loquitur, hæc eſto: leges ex benigno judicio prognatæ auxilium etiam ferunt iis conttoverſiis, quæ raro emergunt. An & quando ex conſuetudine lex oriatur, de qua etiam *d. conſtit.* dixi ad *tit. C. quæ ſit long. conſuetud.*

De ſervis conjugib. ſi alter &c.

CONSTIT. CI.

QUi beneficæ voluntati domini injuriam infert, ille rurſus in ſervitutem vel ſimilem ſtatum revcoari poteſt. Quale jus ſervorum fuerit in veteri Teſtamento, vel in jure Can. ſignificavi ad §. 10. *Inſt. de nupt. & alib. ſæp.*

De prædiis maritim. ad remor. &c.

CONSTIT. CII.

RAtio, cur in caſu *d. conſtit.* 102. invitus quis incidat in communionem, adjecta eſt *ibid.* Quatenus ad mores noſtros pertineat, ſignificavi ad. *conſtit.* 57. Malitia eſt ſibi nocere, ut alteri noceat

De iis, quæ maritim. præd. &c.

CONSTIT. CIII.

RAtio, cur in ſocietate maritim. prædior. non præciſe ſervetur proportio geometrica, adjecta eſt *ibid.* Adde *not. noſtr. ad* §. 57. & *ſeq. Inſt. de rer. divis.* Reliqua de ſocietate lucri & damni vide in *not. ad. tit. Inſt. & Dig. de ſociet.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De piſcator. remor. inter &c.

CONSTIT. CIIII.

QUatenus *d. conſt.* 104. loquitur de ſeptis vel remoris piſcatoriis, vix aliquem uſum in Belgio recipit, ſed favor Eccleſiæ notandus ex præſcript. 40. annor. licet potius res Eccles. nullo tempore præſcribi debeant, ut *lat. ad tit. Inſt. Dig. & Cod. de uſucap. & præſcript.*

Si magiſtrat. res fiſcales &c,

CONSTIT. CV.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 105. abrogetur *l. un. C. de crim pecul.* vel pœna capitalis mutetur in pœnam dupli, adjecta eſt *ibid.* Hodie omnem pœnam rectius ſtatui arbitrariam, notavi *ſup. ſæp.* & in ſpecie crim. peculat. ad § 9. *Inſt de publ. judic. & ad d. l. un.* Qui mortem non intulit, morte puniendus non eſt, & legalis commiſeratio major eſt medicabili, quia medicina tantummodo corpora ſpectat, leges vero tam animo quam corpori pro ſunt. *d. conſtit.* 105.

De indotat. mulierib. &c.

CONSTIT CVI.

RAtio, cur in *d. conſtit.* 106. contra *Nov. Juſtin.* 117. *c.* 5. uxori indotatæ ipſa proprietas quartæ conceDatur, data eſt in *not. noſtr. ad tit. C. uude vir. & uxor.* Sed cur amittit, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias? Vide *cenſur. noſtr. ad tit. C. de ſecund. nupt.*

Vt actor ante lit. conteſt. &c.

CONSTIT. CVII.

QUoniam hæc *conſtit.* 107. reducit donatque reditu in Rempub. *Nov.* 49. *c.* 3. ad quod exſtant notæ noſtræ, ut & ad *conſtit.* 97. ideo nullæ novæ ad *d. conſt.* 107. adjiciendæ videntur.

De eo qui ad primam denunt. &c.

CONSTIT. CVIII.

IN hac *conſtit.* 108. ad priſtinum uſum revocatur *Nov. Juſtin.* 69. *c.* 3. vel *Nov.* 112. *c,* 3. quæ cum *not. noſtr.* illuſtratæ ſint, non videtur ulterius illuſtranda *d. conſtit.* 108. Nemo lubens acta agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Ne intra ſeptim. ætat. &c.

CONSTIT. CIX.

HÆc *conſtit.* 109. coincidit cum *l.* 14. *D. de ſponſalib.* ubi videre eſt, qua ætate quædam pro ſponſa haberi poſſit. Qua ætate matrimonium contrahi poſſit, dixi ad *pr. Inſt. de nupt. l.* 4. *D. eod. l.* 9. *D. de ſponſal. & alib. ſæp.*

Vt mulier ſoluto matrim. &c.

CONSTIT. CX.

REcte quidem Leo in *d. conſtit.* 110. requirit, ut mulier faciat commentarium ſeu inventarium, ut hac ratione & damnum ceſſet & fraus excluſa ſit, ſed cur intra tres menſes amittitur petitio reparationis? Si non excludatur reſtitutio in integr. per me licet, ut ordinis gratia quandoque certum tempus præſcribatur, ut lat. ad *l. ult. C. de jur. de liber. & alib. ſæp.*

Vt ſi uxor. mente capiat. &c.

CONSTIT. CXI.

COrrigit quidem hæc *conſtit.* 111. *legem* 16. *D. de rit. nupt.* reducta tamen diſtinctione, quæ eſt in *l.* 22. §. 7. *D. ſolut. matrim.* ſed non obſervatur, nec debet obſervari ob *ration. dat. ad d.* §. 7. *l.* 22 & ideo miſere ſolvit Imp. objectionem, quam ſibi fecerat ex *Matth.* 19. *v.* 7. Adde *not. noſtr. ad Nov.* 22. *c.* 15. *& ad Nov.* 117. *c.* 8.

Vt ſi marit. per matrim. &c.

CONSTIT. CXII.

ARgumenta illa, quæ in *d. conſtit.* 112. adducuntur pro quinquennio, poſt quod uxor maritum furioſum de relinquere poteſt, non eſſe firma, licet hoc ſcripſerit *Gothof. ad d. conſtit.* apparet ex *præmiſſ. noſtr. ad conſtit. præced.*

Vt quemad. in al. ſtructur. &c:

CONSTIT. CXIII.

ILlam diſtantiam decem pedum, de qua *d. conſtit.* 113. potiſſimum loquitur, hodie non ſervari, notavi ad *conſtit.* 71. Quid proprie fuerint ſubdialia ambulacra vel ſolaria, nequaquam adjicio, quum hoc genus interpretat. ad meum inſtitutum nihil pertineat.

Finis Novel. Leon.

IMPERA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

IMPERATORIÆ CONSTITUTIONES.

VAriæ ſcilicet ſunt hæ, variorumque Imperatorum, & ideo forſan nec receptæ, nec illuſtratæ notis alicujus Interpretis, licet *Gothof.* eas promiſerit. Pleræque etiam loquuntur de perſonis & rebus Eccleſiaſticis, & ob hoc nobis inutiles, aut ſaltem excuſſæ in *præced. noſtr.*

Canones ſanctor. & venerab.
APOSTOLORUM.

Per Clement. à Petro Apoſtolo Romæ ordinatum Epiſcopum in unum congeſti.

QUod Clemens ſit auctor horum Canonum, hoc dicitur in *Canon. ultim.* ſed an Clemens ab Apoſtolo Petro primus Epiſcopus ordinatus ſit, nuſquam probatum vidi, ut *lat. ad jus Canonic.* & miror, cur hoc tanta fiducia ſcripſerit *D. Timan. Geſſel. Med. Doct. in ſua fide ſervant. pag.* 83. Quin ipſi dicti canones dictæ ſententiæ reclamant, dum tot Ordines Epiſcoporum intra tam paucos annos poſt mortem Chriſti referunt, qui etiam manifeſte cum Sacra Scriptura pugnant, ut paſſim plurib. probavi ad *jus Canon.* Aliam quoque edition. *hoc Canon.* huic editioni in multis diſſimilem extare apud *Phot. & Balſamon.* ſcripſit *Gothof. ad dict. Canon.* & ideo forſan nec in ipſa Gallia obtinent. *Imbert.* 3. *Inſt.* 1.

CONSUETUDINES FEUDORUM.

TITULUS I.

De his, qui feudum dare &c.

AN & quatenus *hæ conſuetudines feudorum* (quæ hic prima ſolet eſſe quæſtio, habeant vim vel auctoritatem juris ſcripti, vel ſaltem uſu receptæ ſint ut leges, quæ in decidendis cauſis feudalibus adhiberi poſſint, ſignificavi in *not. & morib. ad method. feudor. Bronch ſub prælud. ſubject. lit. a & b.* Ratio, cur benevolus Lector ad præfatas notas remittatur, hæc eſt; quia acta agere non oportet, & quia hic modus remittendi prodeſt & typographis, & commendat *epitom. feud. Bronchorſt. per me in quatuor. diſput.* redactam, notisque moribusque hodiernis illuſtratam.

Ad *pr. d. t. 1.*

HOdie in Belgio reformato nec pontific. nec archiepiſcop. nec abbatem rem aliquam in feudum dare poſſe, contra *d. pr.* certum eſt, ſive antiquitus talis conſuetudo fuerit, ſive non fuerit. Quo tamen caſu vera & orthodoxa Eccleſia poſſet dare feudum, ſignificavi in *not. ad c. 2. d. meth. Bronch.* Hinc moribus ſolus Princeps vel vaſallus ejus feudum (ſcil. regium aut ſimile) conſtituere dicitur. *Groen. ad d. pr. & nos d. loc. lit. a.* Hodie quoque non ſolum Marchiones vel comites, de quib. etiam *d. pr.* poſſe bona ſua allodia in feuda dare, ſed etiam ipſum ruſticum, probavi in *not. ad d. c. 2. lit. d.* De fœminis dixi *lit. t.* Nomina valvaſorum & valvaſinorum in deſuetudinem abiiſſe, notavi in *d. not. lit. c.*

Ratio, cur hodie contra §. 1. *& tit. 8.* filius natu maximus vel primogenitus præferatur cœteris in ſucceſſione feudi, data eſt in *not. & morib. noſtr. ad c. 5. d. meth. Bronch. lit. c.* Reliqua ad *tit.* 7. Ratio, cur in §. 2. nepotes veniant jure repræſentationis, allegata eſt in *dict. not. & morib. lit. d.* Ratio, cur in *d.* §. 2. frater fratri ſuccedat in feudo paterno, quando frater ſine liberis vel legitimo herede maſculo deceſſit, indicata eſt in *dict. not. & morib. lit. m. & ſeq.* Sed cur in *d.* §. 2. ſecus in feudo novo, licet dominus duobus fratribus communiter dederit? Hoc colligendum ex veriſimili voluntate domini conſtituentis, qui tantum fratri & ejus maſculis proſpexiſſe videtur.

Ratio, cur in §. 3. fœminæ removeantur à ſucceſſione feudi, vel etiam earum filii, niſi ab initio aliter dictum ſit, data eſt à *Bronch. in d. method. feud.* ſed vix ſolida, & ideo hodie forſan non attenditur, ut à nobis *notat. in dict. not. & morib. lit. q. & ſeq. & in not. ad c. 1. lit. m.*

Ratio, cur in §. 4. beneficium ſeu feudum in linea collaterali non ſuccedat ultra ſeptimum gradum, ſolida dari non poteſt, & ideo vulgo & hodie usque ad decimum gradum ſucceſſio ejus permittitur. *Groenw. ad d.* §. 4. Nos cum quibuſd. Aliis eandem etiam ultra decimum gradum admittimus. Vide *dict. not. & mor. lit. p.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Hodie contra §. 5. ipſum quoque ruſticum res ſuas ſub jure feudali dare poſſe juxta curiam Mediolan. notavi ad *pr. d. tit.* 1. Hodie itidem nomen capitanei non eſſe nomen vaſalli, ſed potius præfect. milit. notavi in *not. & morib. ad d. c. 2. lit. c.*

De feudo guardiæ & guaſtaldiæ.

TITULUS II.

QUid olim fuerit feudum guardiæ & caſtaldiæ, de quib. *d. tit.* videre licet apud *Gothof. Aliosque ad d. tit. Bronch. in method. feud. c.* 10. *junct. not. noſtr.* ex quibus apparet, nequaquam verum eſſe, quod ſcripſit *Groenew. ad d. t.* 2. ſcilicet eum plane exoleviſſe. Quin ipſum nomen **Caſtaleyne** ſeu **Caſteel** adhuc uſitatum eſt. Adde *Gothof. ad d. t.* 2.

Qui ſucceſſores feud. dare ten.

TITULUS III.

QUatenus *d. t.* 3. loquitur de archiepiſcop. abbatib. & abbatiſſ. eatenus nullum uſum apud Reformatos recipit, ſed quia in *fin. d. t.* fit mentio de laico, cujus ſucceſſor indiſtincte debet adimplere inveſtituram à prædeceſſore inceptam, lubet hoc confirmare vulgari regula juris, quæ eſt *l. 62. D. de reg. jur.*

Si de inveſtitura feudi &c.

TITULUS. IV.

RAtio, cur in primo membro. *pr. d. t.* 4. dominus cogatur fidelem ſeu vaſallum mittere in poſſeſſ. feud. cuilibet legenti obvia eſt, ut & illa, cur in ſecunda parte vaſallus poſſidens ſe per ſimplicem poſſeſſionem defendere queat, licet alii jusjurandum requirant. Vide *not. noſtr. ad* §. 1. *Inſt. de act. & ad l. 4. C. de edend.* Sed quæ ratio, cur in tertio caſu ſit defenſio ejus, qui dicitur inveſtituram feciſſe? Fatetur ipſe *Gothof. hic*, hoc jus feudale eſſe contra jus civile. *l. ult. C. de rei vind. &c.* ſed illæ leges nihil ad rem faciunt, quia hic eſt caſus, ubi vaſallus non poſſidebat, ſed tantum aſſeverabat, ſe inveſtitum eſſe, quod dominus negabat, qui ſe per ſimplicem negationem defendere poteſt, vel per juramentum, ſi forſan ipſi deferatur, de quo *nos lat. ad l.* 38. *D. de jurejur.* De Moribus, quibus bona feudalia fere nihil aliud ſunt, quam allodialia aut patrimonialia, res extra controverſiam videri debet. Et ideo nullæ aliæ notæ videntur neceſſariæ ad §§. *ſeqq.* ſed exercitii aut majoris lucis gratia juvat ſingulis adjicere ration. & animadverſ. Ratio, cur in caſu §. 1. domino remittatur defenſio, indicata eſt in *præced.* Ratio, cur in §. 2. plene probetur per Pares curtis ſeu curiæ & per teſtatum ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

publicum inſtrumentum, itidem indicata eſt in *præmiſſ. ad h. t.* 4. Sed quæ ratio, cur in *fin. d.* §. 2. detur defenſio cum duodec. ſacramentalib.? An non ſufficit poſſidere, donec contrarium probetur? Hinc forſan recte obſoleta dicitur. *Groenew. ad d.* §. 2. Sane ſi *dict. verſ. fin.* accipiatur de defenſione ſeu præſtatione juramenti voluntaria, ſeu de delatione, quæ fit auctoritate judicis, nihil abſurdi continebit, ut patet ex *dict. ad d. pr.*

Ratio, cur in caſu §. 3. domino dicenti incumbat probatio, vulgaris eſt in *l.* 2. *D. de probat.* Ratio, cur vaſallus teneatur reſtituere, ſi dominus jus ſuum probaverit, cuilibet nota eſt, ſed quæ ratio, cur in *fin. d.* §. domino in probatione deficiente detur defenſio vaſallo, ſeu jurandum & ſit, licet poſſideat? Vide *anteced. ad d. pr.* Rurſus ergo in §. 4. reo poſſidenti male injungitur defenſio vel præſtatio juarmenti, niſi ponatur caſus, ut ſuper. Quid ergo hic *Bald.* de emptore pignoris? Vel quæ illa præſumptio pro domino in §. 5. ut vaſallus cogatur jurare, licet ſit in poſſeſſione incrementi? Sane ſi dominus probabiliter probet, & ſic gravet vaſallum, tenetur ſe purgare vaſallus juramento purgatorio, ut *ſup. & in l.* 3. *C. de reb. credit. & juram.* Ratio, cur in §. 6. incrementum pertineat ad ſecundum vaſallum, ſi quod acceſſerit agro feudali vivente primo vaſallo, vel ad dominum, ſi primus vaſallus mortuus ſit ſine liberis, facile colligitur ex natura feudi & ex veriſimili voluntate primi conſtituentis.

Quibus modus feudum amittatur.

TITULUS V.

RAtio, cur in *pr. d. t.* 5. vaſallus amittat feudum, quando domino prælianti & periclitanti nullam opem tulit, hæc videtur; quia feudum inprimis ſub illa & ſimili conditione datum eſt, ut domino in periculo ſuccurreret, vel ne ſingularem ingratitudinem committeret. Atque ita Moribus ſervari, teſtatus eſt *Groen. ad h. t. & nos in not. & morib. ad c.* 8. *method. feud. Bronch. lit. o.* An & quando hodie feudum ob delictum vaſalli non ad dominum revertatur, ſed ad fiſcum pertineat, ſignificavi in *dict. not. lit. e. & o.* De temeraria tamen infic atione vaſalli aliter ſentio, quam *Groen. Aliique,* ut videre eſt in *dict. not. lit. l.* Sane non temere debet vel agnatos revocari aut amitti beneficium, quod ſemel donatum eſt, præſertim ob merita, ut *lat. ad l. ult. C. de revoc and. donat.* Unde hodie quoque contra *d. pr. in fin.* vaſallus non tantum medietatem ſeu mediam partem fundi feudalis oppignorare poteſt, ſed etiam totum feudum alienare ſine periculo amiſſionis, modo fiat nova inveſtitura &c. *Groen. ad h. t. & nos in dict. not. ad d. c.* 8.

Ratio, cur in prima parte §. 1. feudum non amittatur, vel repeti non poſſit, quando proximus agnatus conſenſit in alienationem, vulgaris eſt in *l. pen. C. de pact.* Hodie in caſu ſecundæ & tertiæ partis feudum non reverti ad dominum, ſignificavi ad *d. pr.*

Epiſcopum vel abbatem &c.

TITULUS VI.

AN & quando noſtri Epiſcopi vel noſter Senatus Eccleſiaſticus poſſint res Eccleſiæ dare in feudum, de quib. *pr. d. t.* 6. ſignificavi ad *pr. tit.* 1. Ratio, cur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

in §. 1. exiſtente maſculo ulterius fœminæ excludantur, hæc videtur; quia hoc tacite actum eſt, cum minus decorum aut glorioſum ſit domino habere vaſallum, qui eſt fœmina. Fateor tamen hoc durum eſſe, & ideo Moribus filia primogenita ſuccedit. *Groen. hic & ad tit.* 1. §. 1. *nos in not. ad method. Bronch. cap.* 10. Hodie quoque contra §. 2. mutum aliosque ſimiles retinere ipſum feudum, modo officia vaſalli præſtent per ſubſtitutos, notavit *Groen. ad d.* §. 2. *nos in not. ad c.* 9. *Bronch. meth. feud.*

De natura feudi.

TITULUS VII.

ILlam naturam feudorum, de qua *d. tit.* 7. hodie non ſervari, ſed potius modernorum ſeu Mediolanorum ſententiam, quæ ibidem rejecta eſt, notavit hic *Groenew. nos ad tit.* 1. *& ſeqq.* Ergo nec minimi vaſalli aut valvaſores Moribus hodiernis ſine juſta cauſa deveſtiri aut aut feudo privari poſſunt. Sane ſi hæc forſan conditio expreſſe adjecta ſit, ut pro lubitu beneficium revocari poſſit (vulgo tot weer-roepens toe) tunc etiam absque ratione culpæ revocari poteſt, ut *nos lat. in diſp.* 3. *ad Cod. theſ.* 7. Plura de natura & ſubſtantia videre licet in *not. noſtr. ad c.* 1. *method. feud. Bronch.*

De ſucceſſione feudi.

TITULUS VIII.

HOdie contra *pr. d. t.* 8. filios non ſuccedere æqualiter, notavi ad §. 1. *tit.* 1. Ratio, cur maſculus excludat fœminam, data eſt ad *d. tit.* 6. Ratio, cur nepotes veniant jure repræſentationis, indicata eſt ad §. 2. *d. tit.* 1. Ratio, cur in §. 1. pars alienata revertatur ad fratrem vel cur frater ſuccedat fratri, qui ſine maſcula ſobole mortuus eſt, data eſt *ſup. aliquot.* Reliqua de ſucceſſione ad quartum vel ſeptimum gradum excuſſa ſunt ad *d. tit.* 1. §. 1. *&* 4. Ratio, cur in §. 2. filia etiam ſuccedat in feuda, haud obſcura eſt in ipſo §. 2. Sed quæ ratio, cur in *d.* §. frater non ſuccedat fratri in feudo novo, ſeu illo, feudo quod à fratribus initium habuit, niſi aliter dictum ſit? Solida vix dari poteſt, præſertim ſi de Moribus loquamur, quibus feuda ſunt inſtar allod. ſeu patrim. ut *lat. notat. ad d. tit.* 1. *& in not. & morib. ad c.* 5. *meth. feud. Bronch.*

Qui ſucceſſores teneantur.

TITULUS IX.

RAtio, cur in *d. tit.* heres teneatur inveſtire, licet vaſallus ante conditionem mortuus ſit, data eſt ad *tit.* 2. *& in noſtr. ad* §. 4. *Inſt. de verb. obligat. & ad l.* 59. *pr. D. de condit. & demonſtrat.* Nullus ergo video, cur exceptio ſit in perſona eccleſiaſtica vel ſimili, quæ ſucceſſit in locum ejus, qui inveſtituram promiſerat. An & quatenus hodie valeat inveſtitura facta in feudo alieno, notavit hic *Groenew. & nos in not. ad d. method. feud. c.* 4. *lit. f.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De content. inter domin. & fidel. &c.

TITULUS X.

HOdie quoque in multis locis quæſtiones feudales deciduntur coram paribus Curiæ vulgo **Leen-mannen** vel **Leen-hosben**/ut notavit hic *Groenew. nos in not. & morib, ad c.* 11. *method. feud. Bronchorſt.* Sed illi tamen proprie teſtes non ſunt, nec recte poſſeſſori defertur juramentum purgatorium, niſi gravatus ſit aliqua probatione domini, ut *ſup. notat. aliquot.* Reliqua de caſtaldo vel guardia excuſſa ſunt ad *tit.* 2.

De pignore dato feudo &c.

TITULUS XI.

RAtio, cur in *d. t.* 11. creditori, qui dicit, ſe tanquam vaſallum inveſtitum in pignore, non ſit deferendum juramentum, data eſt ſuprà ad *tit.* 4. §. 3. ſed quæ ratio, cur præciſe requirantur teſtes, qui ſunt pares curiæ? Judices tamen debent eſſe pares Curiæ aut Senatores, ut *dict. ad tit. præced.* Hodie ne quidem poſt annum feudum guardiæ aut ſimile improprium, de quo in *fin. d. tit.* 11. pro lubitu revocari poſſe, *notat. eſt ad tit.* 7. An fundus poſſit ita dari pignori, ut ſit feudalis, ſi debitor intra ſtatutum tempus non ſolverit pecuniam debitam, ſignificavi in *not. & morib. ad d. c.* 1. *method. feud. Bronch. lit. a.*

De content. inter me & domin. &c.

TITULUS XII.

QUando Moribus (quibus feuda ſunt inſtar allodial.) in caſu *d. tit.* 12. jusjurandum poſſeſſori vel reo poſſit deferri, dixi ad §. 3. *tit.* 4. *& ad l.* 3. *C. de jurejur.* An ergo in *d. t.* 12. aliquid delendum ſit, nihil animadverto.

De alienatione feudi.

TITULUS XIII.

REctius hodie vaſallum non tantum medietatem ſeu mediam partem feudi alienare poſſe per libell. ut in *d. t.* 13. ſed etiam totum feudum per quemlibet alium contractum in ipſum extraneum, notavi & probavi ad *tit.* 5. De Eccleſia fruſtra apud Reformatos, qui credunt Eccleſiæ arma eſſe lachrymas & preces, quique Eccleſiæ omne negotium civile denegant, ideoque & jus vaſalli.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De feudo marchiæ &c.

TITULUS XIV.

REgalia feuda, de quib. *pr.. d. t.* 14. non ſolum Moribus deferuntur jure ſucceſſionis ad primogenitum, ſed etiam jure feudali novo 2. *feud.* 55. Ratio indicata eſt ad §. 1. *tit.* 1. Ratio, cur in §. 1. nepotes veniant jure repræſentationis, data eſt ad §. 2. *d. t.* 1. Ratio, cur in *d.* §. fratres vel nepotes ſuccedant per inveſtituram fratris vel avi, cuilibet obvia eſt. Eadem eſt ratio, cur in §. 2. frater fratri vel ſoror ex pacto ſuccedat in ipſo feudo novo. Moribus feuda deferri ut allodialia, atque adeo communem fere normam ſuccedendi ſervari, notavi in *not. & morib. ad c. meth. feud. Bronch. & alib. ſæp.*

An maritus ſucced. ux. &c.

TITULUS XV.

MAritus non ſuccedit uxori in feudis. *d. tit.* 15. quod & Moribus Hollandiæ ſervatur, teſte *Groenew. ad eund.* Sed quæ ratio? Sane maritum quandoque juſte uxori ab inteſt. ſuccedere in aliis bonis, probavi ad *auth. præter. C. und. vir. & ux. & in not. & morib. ad d. method. feud. Bronch. c.* 5. *lit. r.* Ratio, cur in *d. t.* 15. filii matri ſaltem ex æquitate ſuccedant, facile colligitur ex *noſtr. ad Nov.* 118.

De feudis dat. minim. &c.

TITULUS. XVI.

HOdie nec à minimis valvaſoribus beneficium ſeu feudum pro lubitu auferri poſſe, notavi contra *d. t.* 16. *ſupra ſæp.*

Quibus mod. feud. amitt.

TITULUS. XVII.

HOdie ob illa leviora delicta, quæ in *d. t.* 17. recenſentur, feudum non amitti, notavi ad *tit.* 5. ubi & de gravioribus, de quibus etiam in *d. t.* 17.

Apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Apud quem vel quos controv.

TITULUS XVIII.

COram quibus judicibus, de quib. *pr. d. t.* 18. hodie controverſiæ feudales ventilari ſoleant, ſignificavi ad *tit.* 10. Quo effectu hodie vaſalli vel majores vel minores feuda alienare poſſint, quo de caſu §. 1. ſignificavi *ad tit.* 5. *& alib.*

Conſtit. feudal. D. Lothar. &c.

TITULUS XIX.

QUales ſucceſſiones, qualesque culpæ in feudis conſiderentur, ex conſtitut. Lotharii, de quib. *pr. d. t.* 19. apparet ex *anteced. & ſequentib.* Ratio, cur in §. 1. filius patri, vel ille deficiente nepos ſuccedat avo, data eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *d.* §. deficiente fratris filio, ſuccedat patruus in feudum avitum ſeu paternum, indicata eſt *ibid. ſup. aliquot.*

De beneficio fratris &c.

TITULUS XX.

RAtio, cur in *d. t.* 20. frater non ſuccedat fratri in feudo novo, data eſt *ſup. ſæp.* & mirum eſt, cur in hiſce Libris feudalib. toties unum idemque repetatur. Ratio, cur ſecus ſit in feudo, quod pro communi pecunia emptum eſt, vel in quo ſimul fratres ſcientæ domino functi ſunt officio vaſalli, cuilibet obvia eſt.

De feudo ſine culpa non amittendo.

TITULUS XXI.

QUam ob culpam hodie competat condictio cauſa data vel repetitio feudi, de qua *pr. d. t.* 21. vel quando feudum ad fiſcum devolvat, notavi ad *tit.* 5. *& alib.* Quot teſtes requirant ad culpam probandum dixi ad *tit. quot. teſt. neceſſ.* Hodie contra §. 1. vaſallum poſſe ſuum beneficium vendere vel aliter alienare, notavi *ſup. aliquot.*

Quo tempore miles &c.

TITULUS XXII.

Ordinis gratia non male forſan certum tempus præſcribitur, intra quod nova inveſtitura petenda ſit, ut annus & menſis ſeu dies in *pr. d. tit.* 22. qui dies hodie eſt ſex hebdomodar. *Groen. hic, nos in not. & Morib. ad c.* 1. *method. feud.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Bronch. lit. l. Ratio, cur in §. 1. dominusfeudi non poſſit inveſtituram facere vel permutationem ſine conſenſu vaſalli prioris, vulgaris eſt in *l. 39. D. de negot. geſt.* De prima parte §. 2. dixi ad *tit.* 21. Altera pars de appellatione, quæ hodie debet fieri intra 10. dies, & inſtituenda à paribus ad Curiam provincial. excuſſa eſt in *noſtr. ad tit. D. & C. de appellat.*

De content. int. domin. & vaſall. &c.

TITULUS XXIII.

NUlla profecto ratio excogitari poteſt, cur in *d. t.* 23. domino deferatur jusjurandum, qui poſſidet, licet vaſallus nihil probaverit, vel vice verſa, ut ſupra *notat. ſæp.* Reliqua de parib. cur, etiam excuſſa ſunt *aliquot.*

Quemad. feud. ad filiam pert.

TITULUS XXIV.

AN *d. tit.* 24. loquatur de feudo novo, an antiquo, parum attendo, quum Morib. hodiern. fœmina ſuccedat deficientibus maſculis, etiamſi nullum pactum interceſſerit, ut *lat. ad tit.* 8. *§. ult. & tit.* 1. *§.* 3. *& alib.*

Quib. mod. feud, conſtit.

TITULUS XXV.

HOdie illam inveſtituram, de qua *pr. d. t.* 25. non eſſe de ſubſtantia feudi, ſignificavi *ſup. aliquot.* Recte tamen ſtatui pœnam pecuniariam, indicant *noſtr. ad tit.* 22. Adde *not. & mor. ad c.* 5. *method. feud. Bronch. lit.* 5. Quoniam totus §. 1. agit de clericis, qui apud Reformatos non agnoſcuntur, nullus de ratione *d.* §. ſum ſolicitus.

Si de inveſtitura int. domin. &c.

TITULUS XXVI.

JUratoriam illam defenſionem, de qua in *pr. d. t.* 26. hodie non receptam eſſe, notavit hic *Groen. & nos ſup. ſæp.* De teſtibus paribus Curiæ, deque aliis teſtibus dixi etiam *ſup. aliquot. & lat. ad tit. D. & C. de teſtib.* Sane in §. 1. non male naſci probabilem præſumptionem ex poſſeſſ. unius anni, probavi *lat. ad tit. de prob. & præſumpt.* ſed ideo non deferendum vaſallo juramentum eſſe, ſed potius liberamentum, notavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur alias vaſallus debeat probare, ſe vel patrem inveſtitutum eſſe, vulgaris eſt in *l.* 2. *D. de probat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De feudo dato invicem &c:

TITULUS XXVII.

RAtio, cur in *pr. d. t.* 27. feudum non poſſit dari ſub lege commiſſ. ſubjecta eſt *ibid.* ſed quæ hodie vix attenditur, quum Moribus quælibet res in feudum dari poſſit, nec ipſa pactio ſeu lex commiſſaria in pignore videatur improbanda, ut *lat. ad l. ult. C. de pact. pign.* ſi liceat paciſci, ut res retineatur jure emptor. cur non etiam jure feudali? Adde *not. noſtr. ad c.* 4. *Bronch. method. feud. lit. a.* Quanquam in §. 1. minus honeſte forſan facta ſit inveſtitura novi vaſalli, vivente adhuc priore, tamen domini factum videtur ad probandum, licet inveſtitura facta ſit ignorante vaſallo. *l.* 21. *C. mand.*

De uſu mediolanenſ. ſec. quoſ.

TITULUS XXVIII.

JUsjurandum in caſu dubio eſt deciſio omnis litis. *Hebr.* 6. ſed in veteri Teſtamento legimus ſoli reo delatum fuiſſe ad purgandum. *Exod.* 22. *&c.* Et ideo in *d. t.* 28. male defertur juramentum poſſidenti, ut *ſup. notat. ſæp.*

DE FEUDIS.

LIBER SECUNDUS

De feudi cognitione.

TITULUS I.

AN & quatenus verum ſit, quod Obertus in *pr. d. t.* 1. refert, ſcilicet cauſas generaliter decidi aut legibus Romanis, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine feudorum, ſignificavi in *præfat. & not. præced. & ſeqq.* Hodie contra §. 1. ipſam rem mobilem in feudum dari, probavi in *not. ad c.* 4. *method. feud. Bronch.* In rebus tamen fungibilibus, quæ ipſo uſu conſumuntur, requiritur ſatiſdatio, ut *lat. ibid. lit. a.*

Quid ſit inveſtitura.

TITULUS II.

MOdos inveſtiendi, de quib. *pr. d. t.* 2. varios videre licet apud *Groenew. ad t. & nos in not. & morib. ad c.* 5. *lit.* 5. *method. feud. Bronch.* Rectius circa hæc ſolennia & circa teſtes pares Curiæ ſtatuipœnam pecuniariam, quam pœnam nullitatis, *notat. ſup. ſæp.* An & quando juſjurandum purgatorium vel neceſſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

neceſſarium deferri poſſit, de quo etiam in *d. pr.* ſignificavi *ſup. ſæp.* Hinc mirum eſt, cur in §. 1. ille, qui bis ſerve de camera vel cavena ſolutionem accepit, teneatur primo jurare, aut referre jusjurand. domino. Eadem animadverſio eſt circa §. 2. qui etiam de defenſione Juratoria, quæ hodie recte abrogata eſt, ut *probat. ſup. ſæp.* Adde *not. ad tit.* 24. *& ſeq.* **Landtr. van Overijſſ.** *art.* 20. *lit.* 6. Qualia feuda fierint feuda de camera vel cavena, videre licet apud *Gothof. ad* §. 1. *d. t.* 1. *& nos. ad method. feud. Bronch. c.* 10.

Per quos fiat. inveſtit. &c.

TITULUS III.

Ratio, cur in *pr. d. t.* 3. inveſtitura veteris feudi etiam ab ipſo minore 25. ann. fieri poſſit, data eſt a *Gothof. ad d. pr. & latius a nobis confirmata in not. ad Bronch. method. feud. c.* 2. *tit. e.* Quænam res in feudum dari, & quænam feuda alienari poſſint, de quib. §. 1. ſignificavi *ſupra ſæpenum.* An & quatenus jus *προτιμήσεως* ſeu retractus locum habeat, excuſſi ad *l.* 14. *C. de cont. emt. & in not. ad c.* 6. Quinam veſtituram facere, & quinam recipere poſſint, de quib. etiam *d.* §. 1. ſignificavi *itid. ſup. ad tit. D. de procurat. & in not. ad d. c.* 2. *Bronch. method. feud.*

Quid præcedere debeat, an inveſt. &c.

TITULUS IV.

Hodie contra *d. t.* 4. inveſtitura & fidelitas pariter fiunt, eodemque contextu peraguntur. *Groenew. hic* Sane ſi fidelitas eſt de ſubſtantia feudi, ut dicitur in *fin.* §. 1. *d. t.* 3. & ſua natura debeat præcedere, vix recte ſequitur inveſtit. *d. t* 4. An pacto jurament. fidelitat. remitti poſſit, vide in *not. noſtr. ad d. c.* 1. *lit. f.*

Qualiter jurare debeat vaſall. &c.

TITULUS V.

Juratio illa ad ſancta Dei Evangelia, de qua *d. t.* 5. hodie quidem in uſu non eſt, ſed tamen duob. prioribus digit. erectis fieri ſolet, aut ſimilibus ſolennibus. *Groen. ad tit.* 7. *nos alib.*

De forma fidelitatis.

TITULUS VI.

Ratio, cur in *d. t.* 6. fides domini & vaſalli debeat eſſe reciproca, vel quare ſibi invicem auxilium & conſilium præſtare debeant, facile ex natura feudi & veriſimili voluntate contrahentium deſumitur Hinc illa ſexta præſtanda, quæ in *d. t.* recenſentur & explicantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De nova forma fidelitatis.

TITULUS VII.

HÆc nova forma jurisjur. fidelitat. de qua *d. t.* 7. fere coincidit cum ea, quæ in Holland. aliisque Regionibus obſervatur, quam videre licet apud *Groenew. ad h. t.* Ratio, cur in *d. t.* exceptio ſit in Rege vel Imp. hæc eſt; quia illis debetur reverentia & fides ex ipſo jure naturæ *l.* 3. *D. de juſtit. & jur.* & ideo dicti parentes & tacite excepti videntur. Ratio, cur in §. 1. dominus teneatur vaſallum mittere in vacuam poſſeſſ. hæc videtur; quia hoc videtur promiſiſſe, & ideo non bene videtur *Groen.* ſcripſiſſe, *dict.* §. non ſervari, niſi dicamus, feudum ex cauſa donationis conſtitutum. *l.* 62. *D. de ædilit. edict.* Hodie quidem fit inveſtitura ſalvo jure tertii, ſed inde non ſequitur, quod dominus non teneatur ad tradit. vac. poſſeſſ. vel intereſſe.

De inveſtitura in re aliena.

TITULUS VIII.

QUanquam ſciens habeat actionem de evict. contra *l.* 27. *C. de evict.* inde tamen non ſequitur, quod idem ſit in vaſallo, qui ſciens accepit inveſtituram in re aliena. *pr. d. t.* 8. præſertim Morib. quibus fit inveſtitura ſalvo jure tertii. Unde & hodie contra *d. pr.* evictio non habet locum,, licet vaſallus ignorans acceperit rem alienam in feudum, quæ evicta eſt. Proprior tamen ratio aſſignata eſt in *not. ad tit. præced. & in not. & morib. ad d. c* 4. *Bronch. method. lit. f.* An ſaltem ſervitus in *fin. pr.* poſſit videri præſcripta ſpatio tert. part. cent. annor. vide apud *Groen. ad d. pr.* quia nobis omnis præſcriptio, quæ abſolute domino dominium aufert, improbanda videtur, ut *lat. ad tit. de uſucap. & præſcript.* Reliqua jure vaſalli in *d. pr.* cuilibet obvia ſunt, latiusque excuſſa in *noſtr. ad tit. de rei vind.* Quodnam additum feudo adcreſcat feudo vel non accreſcat, diſtincte deciditur in §. 1. Hodie contra §. 2. vaſallum non tantum poſſe feudum oppignorare, ſed etiam alienare, notavi *ſup aliquot.* Adde *not. & mor. ad c.* 8. *method. feud. Bronch. lit. h.* Quomodo hodie fœminæ ſuccedant in feuda, dixi in *not. & morib. ad c.* 5. *lit. q.* Quomodo uxor ſuccedat marito, dixi ad *auth. præter. C. und. vir. & ux.*

Qualiter olim poterat feud. alien.

TITULUS IX.

OLim dimidium feudi neceſſitate urgente vendi poterat, ſed Lotharius & hoc prohibuit. *d. t.* 9 *pr. & tit.* 52. Moribus totum alienare licet, modo nova inveſtitura fiat coram domini vicariis & paribus Curiæ, ut *notat. ad Lib.* 1. *t.* 5. *& alib.* Sed nec feudum amittitur, licet inveſtitura neglecta ſit, modo ſolvatur duplex laudimium, ut ſupra etiam *notat. aliquot.* Hodie quidem contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

contra §. 1. licet vaſallo feudum alteri donare, ſed non licet pro anima vel animæ refrigerio, ut notavi ad *Lib. 1. Cod. & jus Canon. ſæp.* De præſcript. de qua etiam *d.* §. dixi ad *tit. præced.* Reliqua *alib.*

Quis dicatur Dux, Marchio &c.

TITULUS X.

Hæc hiſtorica de Duce, Marchione, Comite, Capitaneo & valvaſorib. latius excuſſa videri poſſunt in *not. noſtr. ad c. 1. lit. w. & ad c. 2. lit. b. & c. Bronch. method. feud.* Reliqua de ſoldata & pedagio vide apud *Gothof. ad d. t. 10. & nos in not. & morib. ad cap. 10. Bronch. method. feud, lit. b.*

De ſucceſſ. fratr. vel gradib. ſucced. &c.

TITULUS XI.

HOdie contra *pr. d. tit.* 11. fœminas in feudis ſuccedere ab inteſt. dixi *ſup.* ex *not. ad d. c. 5. lit. q.* Scilicet feuda Moribus plerarumque gent. ſunt inſtar allodial. Ratio, cur in ſecundo membro *d. t.* fratrum filii ſuccedant jure repræſentationis, partim ſumitur ex ratione commiſerationis, partim ex natura feudi & veriſimili voluntate contrahentium. An fratrum præmortuorum filii patruo ſuccedant in ſtirpes, an in capita, dixi ad *d. c. 5. lit. o.* Quid Moribus ſervetur in tota ſucceſſione collateralium, dixi *lit. r. & ſup. ſæp.* Utroque in probatione deficiente putat feudiſta in *fin. d. t.* quod judex poſſit vel actori vel reo jusjurandum deferre, ſed noſtro judicio reus hoc caſu videtur abſolvendus. *l. 4. C. de edend.* aut ſaltem actori nullo modo jusjurandum ſuppletorium deferendum, ut plurib. probat. ad *l. 31. D. de jurejur. & l. 3. C. eod. & ſup. ſæp.*

De fratribus de novo benefic. inveſt.

TITULUS XII.

RAtio, cur in *d. tit.* 12. frater in feudo novo non ſuccedat fratri, licet ſimul cum fratre fuerit inveſtitus, addita eſt *ibid. & ad tit. præced.* Cur tamen fructus ſint communes, quamdiu ſimul habitant, & poſt pro parte reſtituendum ſit, quod de communi expenſum eſt, haud obſcure eſt expreſſum *ibid.*

De inveſtitura quam Titius &c.

TITULUS XIII.

RAtio, cur in *d. t.* 13. maritus non ſuccedat uxori, hæc videtur; quia in caſu propoſito hoc tacite actum videtur, ut feudum in perſona fœmina finiretur, ſeu ea mortua ad dominum reverteretur. Sed an hæc ratio hodie valeat, ſignificavi ad *tit. 15. Lib. 1. feud.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De vaſallo decrepitæ ætat. &c.

TITULUS XIV.

RAtio, cur in *d. t.* 14. feudum refutatum non novum videatur factum, hæc eſt; quia refutatio, nec alienatio eſt, nec nova conſtitutio, ſed tantum acceleratio novæ inveſtituræ, & ideo frater fratri ſuccedit tanquam in feudo paterno, ut *ſup. ſæp.* Hodie in ſucceſſione feudi vix diſcrimen eſſe inter feudum vetus & novum, notavi in *not. & morib. ad a. c.* 1. *Bronch. lit. n.*

De inveſtitura in marit.

TITULUS XV.

COram quo judice, de quo *d. t.* 15. quæſtiones feudales hodie ventilari ſoleant, dixi ad *Lib.* 1. *tit.* 10. De ipſo caſu, hoc eſt, vaſallum in præjudicium agnatorum poſſe feudum alienare, niſi aliter cautum ſit, dixi *ſup. ſæp* De probatione & delatione juramenti, de quib. etiam *d. tit.* dixi *itid. ſup. ſæp.*

De controverſia feudi apud pares &c.

TITULUS. XVI.

HOdie in quibuſdam locis quæſtiones feudales quoque coram paribus Curiæ decidi, de quibus *d. t.* 16. ſignificavi ad *tit. præced.* Adde *not. noſtr. ad c.* 11. *d. method. Bronch.* An etiam reconventio in cauſa non feudali coram iiſdem judicibus feudalibus moveri poſſit, ſignificavi ad *l.* 22. *D. de judic. & in præced. & ſequentib. ad Libr. feud.*

De eo, qui ſibi vel heredib. &c.

TITULUS XVII.

RAtio, cur in *d. t.* 17. feudum per fœminam non recognoſcatur, ſeu fœmina non ſuccedat, quamdiu maſculus ſupereſt, hæc videtur; quia domino minus decorum vel utile eſt, vaſallum habere fœminam, & ideo hæc tacite in caſu propoſito aut ſimili excluſa videtur quamdiu ſupereſt maſculus. An fœmina ſemel excluſa ſemper excluſa videatur, ſignificavi in *not. ad. d. c.* 10. *Bronch. method. feud.* An & quatenus hic *tit.* 17. ſervetur Moribus, notavi *ſupra ſæp.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De duob. fratrib. à capit. inveſt

TITULUS XVIII.

RAtio, cur in caſu *d. t.* 18. portio defuncti competat filiæ ejus, addita eſt *ibid.* ſed proprior eſt, quia expreſſo pacto convenerat, ut fœmina poſſet ſuccedere. Eadem eſt ratio, cur in *fin. d. t.* pars deficientis non domino, ſed fratri ſuperſtiti quæſita videatur. Reliqua ad *tit. præced.*

An removeri debeant teſtes &c.

TITULUS XIX.

RAtio, cur in *d. t.* 19. pares curiæ poſſint eſſe teſtes de inveſtitura, licet poſtea pares eſſe deſierint, adjecta eſt *ibid.* ſed proprior eſt, quia teſtis ſemper admittendus & advocandus eſt ad teſtimonium veritatis, & ideo Moribus de ipſa inveſtitura inter domin. & vaſal. controverſa teſtes eſſe poſſunt, qui nunquam pares Curiæ fuerunt, ut *ſup. notat. aliquot.*

De controverſia int. &c.

TITULUS XX.

QUatenus *d. t.* 20. agit de epiſcopo infeudante, eatenus nullum uſum in confœderato Belgio habet, ſed aliæ controverſiæ feudales etiam coram paribus Curiæ, licet hodie conditionis nonnullæ diverſæ ſint, ventilantur & deciduntur, ut *notat. ſup. aliquot.* An & quando vaſallus primo inveſtiendus ſit, antequam præſtat jusjurandum fidelitatis, hodie arbitrarium cenſeo.

De vaſallo milite qui arma &c.

TITULUS XXI.

ILle ingreſſus in monaſterium, de quo *d. t.* 21. hodie quidem apud Reformatos in uſu non eſt, ſed ſi vaſallus apud Nos factus eſt Sacerdos vel Epiſcopus, nequaquam feudum amittit, cum poſſit inſervire per alium, vel feudum hodie ſit liberum à ſervitiis, ut pote factum ad inſtar. patrimo. vel allod. *Groenw hic, & nos ſup ſæp.* Noſocomia hodierna aut ſimilia Collegia aut pia Corpora poſſe feuda poſſidere, facile colligitur ex *præmiſſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De milite vaſallo, qui contum.

TITULUS XXII.

UT unumquodque Tribunal civile proprios habet modos procedendi, ita & quodlibet Tribunal feudale, de quo *d. t.* 22. Aliter dominus in cauſa contumaciæ contra vaſallum, & aliter vaſallus contra dominum procedere ſolet. *d t. & not. noſtr. ad d. tit.* 11. *Bronch. method. feud. & not. noſtr. ad tit.* 24. Land-recht van Overyſſel. Sane deprædatio, de qua in *fin. d. t.* non temere concedenda eſt, niſi vaſallus extra omnem ſpem juris conſequendi conſtitutus ſit, ut *alib. lat.* Alii aliter deprædat. interpretantur, ut videre eſt aqud *Gothof. Accurſ. Aliosque ad d. t.* 22.

In quib. cauſ. feud. amitt.

TITULUS XXIII.

DE cauſis amittendi feudi, de quibus potiſſimum agit *d. t.* 23. dixi ad *tit.* 5. *Lib.* 1. *& ad tit.* 8. *Bronch. method. feud.* ex quib. apparet, quod cauſæ amittendi feudi non plane ſint arbitrariæ, licet nonnulli ita tradiderint. Definitio feudi, quæ etiam in *d. t.* proponitur, ſnpra allegata & excuſſa eſt *ſæp.* Dicitur tamen feudum uſusfructus improprie, cum feudum non exſtinguatur morte vaſalli &c.

Quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.

TITULUS XXIV.

PRimam illam cauſam amittendi feudi, de qua *pr. d. t.* 24. hodie non ſervari, notavi *ſup. aliquot.* Moribus quidem inveſtitura petenda eſt intra annum & diem, id eſt, ſex ſeptiman. ſed ob ſolam negligentiam non ſtatim amittitur feudum, ſed ſolvitur duplex laudemium, aut ſimilis pœna pecuniaria, ut *notat. ad c.* 1. *Bronch. method. feud. lit. l. & ad c.* 7. 8. *lit. a. lit. b. & ſup. aliquot.* Ratio, cur vaſallus in caſu §. 1. amittat feudum, haud obſcura eſt in *ipſo* §. quæque tanti videtur momenti, ut & hodie attendenda ſit. Sane ſi vaſallus ſingulari modo ſit ingratus, etiam moribus feudo privari poteſt, ut notavi ad *d. t.* 8. *Bronch. lit. o.* Etenim ſub illa tacita conditione videtur feudum conceſſum, & ſic intellige §. 2. & 3. & ideo propter varias leviores cauſas, quæ in *d.* §. 2. recenſentur, hodie feudum non amittitur, ut notat. à nobis ad *d. c.* 8. *Bronch. & ſup. aliquot.* Dum autem hodie feudum ob gravius delictum vaſalli cadit in confiſcationem, fiſcus quidem utetur fructibus, quamdiu vivit vaſallus, ſed poſt mortem ejus feudum devolvere videtur ad eos, quibus jure inveſtituræ debetur. *dict. not. ad d. c.* 8. *lit. o.* Atque hic uſus §. 3. De alienatione feudi *ſupra ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Si de feudo vaſall. ab aliq. interp. &c.

TITULUS XXV.

SAne ſi datio feudi facta ſit ob pretium acceptum, vel ſimilem cauſam, haud dubie & hodie dominus juxta *d. t.* 25. teneretur de evictione, ſed ſi ex liberalitate proceſſit, vel etiam ob beneficium in dominum collatum, aliud de Moribus dicendum videtur, ut *notat. ſup. ad cap.* 8. *Lib.* 2. De delatione juramenti *ſup. ſæp.*

Si de feudo def. content. &c.

TITULUS XXVI.

RAtio, cur in caſu *pr. d. t.* 26. agnati potius conſtituantur in poſſeſſione feudi, quam domini, hæc videtur; quia agnati ſunt quodammodo pars & ſanguis defuncti. Hinc & alii heredes Moribus videntur ipſo jure poſſidere bona defuncti, ut *lat. ad l.* 23. *pr. D. de adq. hered.* De electione jurisjur. de qua in *d. pr. &* § 1. dixi *ſupra ad nauſ.* Ratio, cur in caſu *d.* §. 1. filia conſtituatur in poſſeſſione contra agnatos, hæc videtur; quia ratione ſanguinis proximior eſt, & potius bona præſumuntur allodia quam feudalia. Quo temperamento hodie debeat intelligi illa electio jurisjur. & quando judex eam poſſit admittere, ſignificavi jam ſtat. Minus honeſte in §. 2. fieri illam inveſtituram ſecundi vaſalli, dum primus adhuc ſuperſtes eſt. *arg. l.* 11. *C. de tranſact.* notavi *ſup. aliq.* Hodie ob ſolum illud mendacium, de quo in §. 3. feudum non amitti, notavi *ſup. ex not. ad d. c.* 8. *lit. l.*

Quomodo illa præſcriptio 30. annor. de qua §. 4. Moribus mutata ſit in trientem ſeculi, quod hic notat *Groenew.* dixi ad *d. t.* 8. *Lib.* 2. De Clericis ſeu Eccleſiaſticis, de quib. verſ. 1. dixi ad *tit.* 21. Ratio, cur in *verſ.* 2. *Etſi &c.* feudum non ammittatur, præſertim Moribus, hæc eſt; quia nihil ibi factum, quod amiſſione dignum eſt, vel requiſitum eſt. An ergo pro *omni anno* legendum ſit *omnino*, parum attendo. Hodie in caſu *verſ. Omnes &c.* ſolum filium primogenitum præſtare fidelitatem, notavit hic *Groenew.* ſed forſan hic caſus eſt, ubi feudum vi inveſtituræ debebat devolvere ad omnes filios vaſalli æqualiter, & ideo nec legendum *diviſum* pro *indiviſum*, licet ita legerit *Cujac. d. feud.* 4. *t.* 9. Ratio, cur in *verſ. Adoptio &c.* filius adoptivus non ſuccedat in feuda, hæc eſt; quia ſanguini & familiæ data intelliguntur. An tamen hæc ratio hodie attendenda ſit, vide in *not. noſtr. ad d. c.* 5. *Bronch. lit. h.* An *verſ. Mulier &c.* ſummam contineat iniquitatem, fruſtra inquiritur, cum hodie filius natu maximus ſolus ſuccedat. Sane ſi hic caſus ponatur ut *ſupra*, vix *d. verſ.* ab injuſtitia vindicari poterit, ut *lat. ad Nov.* 118. An *verſ. Naturales &c.* generaliter ſit intelligendus, atque adeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

etiam de ipſo legitimato per ſubſequens matrimonium, fruſtra hodie amplius quæri videtur, quum hæc ſententia in foro ſit recepta, ut videre licet in *not. noſtr. ad d. c.* 5. *lit. i.* Ratio, cur in *verſ. Si minori &c.* minor 25. ann. non teneatur præſtare fidelitatem, hæc videtur; quia ipſa ætas vix permittit, ut juramentum præſtetur, & ut interim feudum retineatur. Hodie tamen per tutorem vel alium præſtari poſſe & debere, notavit hic *Groenew.*

Hodie contra *pr.* §. 5. alium cogi, ut pro vaſallo impubere faciat fidelitatem, *notat. ſup. ad verſ. ult.* Cœterum eumdem vaſallum cogendum videri ad renovationem, ſi pervenerit ad legitimam ætatem, videatur evincere ratio ad *d. verſ. ult.* data. Hodie illam alienationem, de qua *verſ. Titius &c.* non poſſe revocari, notavit hic *Groen. & nos ſup. ſæp.* Ratio, cur in §. 6. dominus compellatur tradere poſſeſſ. & non abſolvatur ſolvendo id, quod intereſt, data eſt à nobis §. *ult. Inſt. de verb. obligat. & ad l.* 13. §. *ult. D. de re judic.* Ratio, cur in verſ. *Filii* &c. filius ſuccedat in feudum, licet natus ſit ex matrimonio, quod ſub illa conditione contractum eſt, ne filius patri ſuccederet ab inteſtat. adjecta eſt *ibid.* ſed proprior eſt, quia de feudo non videtur cogitatum, & ipſa conditio impia eſt, quæ filio ne quidem in aliis bonis præjudicare poteſt.

Ratio, cur in *pr.* §. 7. vaſallus non amittat feudum, hæc eſt; quia non fuit gravis ingratitudo commiſſa. Hac vero comiſſa hodie feudum non ad agnatos, ſed ad fiſcum devolvit, ſaltem quo ad vitam fiſci, ut *ſupra notat. aliquot.* Ratio, cur in *fin. d. pr.* feudum non contineatur ſub generali alienatione, data eſt ad §. *præcedent. & in not. ad d. c.* 15. *Bronch. lit. u. & Groen. hic.* Ratio, cur in *pr.* §. 8. *& in verſ. ſeq.* feudum non domino, ſed vaſallo reſtituendum ſit, vulgaris hæc eſt; quia regulariter probabilis ignorantia excuſat, & ideo miror, cur hic *Groenew.* exiſtimaverit, ipſum feudum emptori tradendum eſſe. Quin vaſallus ignorans nec ipſi emptori tenetur ad intereſſe, ut *nos lat. ad* §. *ult. Inſt. de cont. empt. & ad l.* 62. §. 1. *D. eod.* Hodie contra *verſ. vaſall. &c.* feudum ob ſolam abnegationem non amitti, notavi *ad* §. 3. Hodie etiam non militi contra *verſ. benefic. &c.* vaſallum poſſe ſuum feudum dare, notavit hic *Groenew. nos ſup. ſæp.* Moribus, quibus feuda inſtar allodiorum ſunt, facile procedit *verſ. Si vaſall. &c.* modo intelligatur cum hoc temperamento, ut ſalvum maneat jus domini, ut *alib. lat.*

Ratio, cur in §. 9. dominus transferat jus feudi in vaſallum, ſi contra vaſallum commiſerit feloniam ſeu grave delictum, ſolida dari non poteſt, aut ſaltem hodie non poſſet attendi, quum Moribus privatus ex delicto privati non ſentiat lucrum, ut *alib. lat.* Hodie quoque contra *verſ. Feudum &c.* feudum apud emptorem non deſinere feudum, notavi *ſup. ſæp.* Quænam cauſæ aut culpæ vaſallum privent ſuo feudo, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Ratio, cur in caſu *verſ. Titius &c.* pactum Titii cum fratre Sempronio initum non noceat Titio reſpectu fratris Seji, hæc eſt; quia regulariter pactum cum certis perſonis non tranſgreditur perſonas, de quo *lat. ad tit. de pact. & alib.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De pace tenenda & ejus violat.

TITULUS XXVII.

RECte quidem ad *h.t.*notavit *Groen.* pœnas eorum, qui violarunt pacem, arbitrarias eſſe, ſed perperam neglexit addere rationes aut diſtinctiones. Scilicet in homicidio voluntario arbitrium non eſt liberum, cum ex jure Divino morali pœna mortis puniendum ſit, ut *alib. lat.* Sed in cœteris delictis ſecus eſt. Sane duella utriusque conſenſu ſuſcepta illicita eſſe, nemo dubitet. Quomodo hodie procedatur contra reum fugitivum, de quo etiam *d. pr.* dixi ad *tit. de requirend. vel abſent. damn.* Cui pœnæ hodie adjudicari ſoleant, dixi ad *tit. de pœn. & ad tit. de jur. fiſc.* Quatenus §. 1. agit de clerico, eatenus vix uſum aliquem in Belgio habet, ſed applicatus noſtris Eccleſiaſticis, qui vel ipſi pacem violarunt, vel pacis violatores ſuſceperunt, uſum habebit & in foro eccleſiaſtico & civili, ut *ſup. ſæp.* Hodie contra §. 2. vaſallum non amittere feudum, licet propria auctoritate & vi feudum occupaverit, vel domino abſtulerit, notavi *ſup. & ad* §. 1. *Inſt. de vi bon. rapt. & ad tit. D. de rapt.* Ratio, cur in *fin. d.* §. cognoſcat ordinarius judex, haud obſcura eſt in *d. loc.* Quid in §. 3. ſit manu militari ſe expurgare, vel quid ſit jure Divino oſtendere ſuam innocentiam, parum animadverto, quum nec privatus privatum accuſare poſſit de pace violata, nec antiqui modi purgandi ſint in uſu, nec debeant eſſe in uſu, ut & hic notavit *Groen.* Quando autem illud jusjurandum purgatorium, quod etiam admiſit *Groenew.* ex *c. 22. Exod. v. 7.* poſſit ſcilicet reo deferri, ſignificavi & *ſupra ad l. 3. C. de jurejur. & l. 31. D. eod.* De duellis dixi ad *pr. h. t.*

Quis in §. 4. ſit natalis dies beatæ Mariæ, nullus inquiro; quum illa aut ſimilis quæſtio nihil pertineat ad meum inſtitutum, quod tantum intendit not. & conſuetud. juridicas, earumque rationes ab aliis neglectas. Sit ergo hæc ſumma ex *d.* §. quicunque effecit, ut frumentum vendatur carius, ille mulctandus eſt. Ad quos hodie cura hujus rei pertineat, ſignificavi ad *tit. D. de offic. præf. urb.* Hodie contra §. 5. ipſis ruſticis permiſſum eſſe, ut arma vel gladios portent, notavi ad *tit. C. ut armor. uſ. inſc. &c.* Quibus hodie permiſſa ſit venatio, indicavi ad §. 12. *Inſt. de rer. diviſ. & ad l. 1. D. de adq. rer. dom.* Quomodo hodie latrones publici, de quib. §. 6. puniantur, dixi ad *l. 2. D. de arb. ſurt. cæſ. & alib.* Hodie contra §. 7. ſolam inobedientiam vaſalli non eſſe ſufficientem cauſam, ob quam feudum amitteretur, notavi *ſup. aliq.* Qua pœna hodie fures turbatores pac. pub. de quib. §. 8. puniri ſoleant, ſignificavi ad *tit. de furt. & alib.* Retectio vel reparatio equi per pabulum ex herba viridi nulli equiti videtur deneganda. *d.* §. *in fin.* quod originem habere videtur ex *Deut. 23. Marc. 2.*

Hic finitur lex, deinde conſuet. &c.

TITULUS XXVIII.

DOmino injuſte guerram ſeu bellum moventi non tenetur vaſallus opem ferre. *pr. d. t.* ſed juſte aut dubie moventi opitulari tenetur, aut feudum amittet. *d. pr.* An & quatenus hoc Moribus ſervetur, aut ſervandum ſit, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Sane vaſallum non videri ſolutum à ſacramento vel juramento fidelitatis, licet dominus excommunicatus ſit, contra *d. pr. in fin.* verius eſt; ut & hoc verius, quod nec Papa Romanus, nec verus Sacerdos aut Senatus aut Synodus poſſit ſubditos liberare à vinculo fidelitatis, quo domino Regi ſuo obſtricti ſunt. *Groen. hic, nos alib. lat.*

An & quando vaſallus ob non præſtitum ſervitium amittat feudum, recte in §. 1. relinquitur arbitrio judicis, præterquam in caſu ſcientiæ, de quo in *fin. d.* §. quo caſu & hodie vaſallus feudo privandus videtur, ut *ſup. not. aliquot.* Ratio, cur in verſ. *Si vaſall. &c.* dominus teneatur aut reddere pretia meliorat. aut pati, ut tollantur, hæc videtur; quia vaſallus ſub ea conditione videtur feudum accepiſſe, aut ſaltem nemo temere debet locupletari cum alterius jactura. *l. 25. pr. D. de probat.* Adde *not. noſtr. ad d. c. 6. Bronch. lit. b.*

Quoniam feudum aliquo modo eſt uſusfructus. *d. t. 23.* & hodie ſit inſtar allodior. ideo facile conſtat, quid tenendum ſit de fructibus, qui in §. 2. cum feudo ad dominum revertuntur. Adde *not. noſtr. ad d. c 6. Bronch. method. feud. lit. b.* Cum veriſimile non ſit, quod vaſallus domino promiſerit auxilium contra ipſum patrem, ideo haud leviter vox *patrem* in verſ. *contra omnes &c.* expungitur. Adde *not. noſtr. ad c. 5. Bronch. lit. t.*

De filiis natis ex matrim. &c.

Titulus XXIX.

Ratio, cur in *d. t. 29.* filii nati ex matrimonio, quod ad morganaticam (vulgo morgen-gabe) contractum dicitur, non ſuccedant in feuda, hæc eſt; quia in caſu *d. t.* expreſſo pacto convenerat, ut iſti filii certa donatione vel certa ſumma pecuniæ contenti eſſent. Quin ipſum pactum de non ſuccedendo jure Canon. & Moribus valet, ut *lat. ad l. 15. C. de pact.* & ideo *Groenew.* recte hic rejecit mores Galliæ, de quibus teſtatus eſt *Baro ad h. t.*

De feudo fœminæ.

Titulus XXX.

Ratio, cur in *d. t. 30.* fœmina ſuccedat in feudo fœmineo, ſive pactum adjectum ſit, ſive non ſit adjectum, cuilibet ex natura feudi obvia eſt. Quid Moribus ſervetur, ſignificavi in *not. & morib. ad c. 3. Bronch. method. feud. lit. a. & ad c. 5. lit. q. & ad c. 10. lit. a.* Hodie clericos noſtros vel Eccleſiaſticos poſſe contra *d. t. in fin.* in feuda ſuccedere, notat. ad *d. c. 3. lit. a & alib.* Et quidni poſſent, cum poſſint munere vaſalli fungi per vicarios vel ſubſtitutos?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Si vaſallus feudo privetur &c.

TITULUS XXXI.

HOdie quidem contra *d. t.* 31. feudum delinquentis vaſalli devolvit ad fiſcum, ut & hic notavit *Groen. & nos ſupra aliquot.* Sed quia bona allodialia ſeu patrimonialia, quibus feuda hodie comparantur, vix cadunt in fiſcum, quando quis pœnam mortis patitur, omnino hic adhibenda videtur illa diſtinctio, de qua *nos lat. ad auth. bona damnat. C. de bon. proſcript.*

Qui teſtes ſint neceſſarii &c.

TITULUS XXXII.

QUum hodie ipſa inveſtitura nova poſſit fieri ſine Parium præſentia *Groen. hic.* ideo etiam probari poteſt per alios teſtes, quam per Pares Curiæ contra *d. t.* Poteſt tamen hæc aut ſimilis ſolennitas requiri ſub pœna pecuniaria, ſed vix ſub pœna nullitatis inveſtituræ. *Deut.* 19. *&c.* Adde *not. noſtr. ad tit.* 2. *Lib.* 2.

De conſuetudine recti feudi.

TITULUS XXXIII.

ILla voluntas inveſtiendi, de qua conſtat, ſervanda eſt, cum æquipollentia admittenda ſint. *pr. d t.* 33. Cui in caſu dubio juramentum ſuppletorium aut purgatorium deferendum ſit, ſignificavi *ſupra ſæp.* De Paribus Curiæ, de quib. etiam *d. pr.* dixi ad *tit. præced.* An & quando hodie dominus à vaſallo vel vaſallus à domino juramentum calumniæ, de quo §. 1. exigere poſſit, indicavi ad *tit. C. de jurejur. propt. calumn.* Recte quidem in §. 2. dominus poſſidens abſolvitur nullo præſtito juramento, quando ſcilicet vaſallus nihil fere probavit, ſed cur ſecus eſt in vaſallo poſſidente, qui jurare tenetur, licet dominus nihil probaverit? Vide *not. noſtr. ad l.* 31. *&* 38. *D. de jurejur. & ad l.* 3. *C. eod.*

De lege Conradi.

TITULUS XXXIV.

QUinam hodie ſint judices in cauſis feudalibus ſive lis orta ſit inter duos Capitaneos, ſive alios vaſallos ſeu valvaſores, de quib. *pr. d. t.* 34. indicavi *ſupra ſæp.* An & quomodo quæſtiones feudales poſſint

 committi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

committi in arbitrum, de quo etiam *d. pr.* ſignificavi *itid. ſup. aliquot.* Recte Mediolani contra leg. Conradi in §. 1. obſervari in plerisque ſaltem locis, ut vaſallus etiam ſine voluntate domini poſſit feudum alienare, licet transferatur in inferiorem, notavi *ſup. aliquot. & in not. ad d. c. 6. Bronch.* Ratio, cur in §. 2. vaſallus non poſſit alia lege dare, quàm ipſe habeat, vulgaris eſt in *l. 54 pr. D. de reg. jur.* Reliqua excuſſa ſunt in *ſuper. ſæp.* Hodie feudum in caſu §. 3. aut ſimili, hoc eſt, in leviori culpa aut delicto haud temere amittitur, ut ſupra *notat. aliquot.*

De clerico qui inveſtit. fac.

TITULUS XXXV.

AN & quando noſtri Clerici vel Eccleſiaſtici vel ipſa Eccleſia poſſint bona dare in feudum, vel inveſtituram facere, ſignificavi ad *Lib. 1. tit. 1 & alib.* Quomodo ſucceſſor laici domini debeat adimplere inveſtituram, dixi *ſupra ſæp.*

An mutus vel aliàs imperf. &c.

TITULUS XXXVI.

HOdie ſaltem contra *d. t.* 36. mutos aut ſurdos aut cœcos capaces eſſe feudi vel paterni vel novi, cum poſſint in ſervire per alios, notavi ad *Lib. 1. tit. 6. §. ult.*

An ille qui interfecit &c.

TITULUS XXXVII.

AN non illa felonia ſpectat ad dominum in *d. t.* 37. quando vaſallus fratrem domini interfecit? Vel ſi vaſallus feudum amittat, quando ſuum fratrem occidit, ut ſolus ſuccederet, cur ſecus eſt, ſi fratrem domini occidat, qui eſt ejuſd. ſanguin. cujus eſt ipſe dominus? Per me tamen licet, ut nemo ſimul puniatur & pœna mortis, & tranſlatione feudi ad dominum, niſi expreſſe aliter convenerit. De agnatis *ſupra.* An & quatenus vaſallus teneatur offerre ſervitium, de quo §. 1. dixi *ſup. aliquot. & in not. ad cap.* 8. *Bronch. meth. feud. lit. d.*

De vaſallo, qui contra conſtit. Lothar. &c.

TITULUS XXXVIII.

MOribus plerarumque ſaltem Gent. contra *d. t.* 38. vaſallum absque conſenſu domini poſſe feudum non ſolum refutare, ſed etiam totum alienare, notavi *ſup. ſæp.* Ratio adjecta eſt *ibid. & in not. & morib. ad c.* 1. *&* 8. *Bronch. method. feud.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De alieni paterni feudi.

Titulus XXXIX.

Si *pr. d. t.* 39. accipiatur de vaſallo, qui ſub illa conditione accepit feudum paternum, vel etiam novum, ut poſt mortem ejus ad agnatos ejuſdem devolveret, omnino hodie ſervandum videtur, cum pacta ſervanda ſint, ſed extra hunc ſenſum abrogatum cenſetur, ut *notat. ad tit. præced.* Coram quibus Paribus Curiæ, de quib. §. 1. hodie ſit ventilanda controverſia feudi inter dominum & vaſallum, ſignificavi *ſupra ſæp.* dixique inveſtituras feudorum hodie fieri ſalvo jure tertii, ut *notat. ad tit.* 8. *& alib.* Recte in §. 2. apud Mediolanenſ. prohibitam eſſe pugnam armorum, notavi ad *tit.* 27. Ratio, cur in §. 3. vaſallus amittat feudum, hæc videtur; quia magna committitur ingratitudo, quando vaſallus dominum à periculo mortis non liberavit, quem liberare potuit.

De capitulis Corradi.

Titulus XL.

Juſte Mediolani in *pr. d. t.* 40. illam conſuetudinem non ſervari, quâ ideo feudum amittitur, quod intra ann. & diem vaſalli vel heredes vaſallorum non petierant inveſtituram, notavi *ſupra aliquot.* Reliqua de alienatione feudi excuſſa ſunt ad *d. t.* 38. An & quando hodie apud Reformatos ob culpam Epiſcopi. de qua §. 1. Eccleſia amitteret feudum ad vitam epiſcopi, ſignificavi *itid. ſup. aliquot.*

De controverſia int. maſcul. &c.

Titulus XLI.

An & quando vel maſculo contra fœminam, vel fœminæ contra dominum, de quo caſu in *pr. d. t.* 41. poſſit deferri juramentum purgatorium vel ſuppletorium, notavi *ſup. ſæp.* Eædem notæ notandæ ſunt circa § 1. ſive *verſ. Item ſi &c.* ubi quæſtio eſt inter dominum & emptorem, cujus juramento cauſa fuit deciſa.

De controverſia int. domin. & empt.

Titulus XLII.

Ratio, cur in caſu *d. t.* 42. ubi venditor ignorans vendidit feudum, putans rem eſſe propriam ſeu allodialem propriam, vaſallo venditori omnia ſint reſtituenda, adjecta eſt *ibid.* quæ etiam Moribus videtur procedere, quibus feuda vaſallo alienare licet, ut *ſup.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De controverſia int. vaſall. & al. de benef.

TITULUS XLIII.

QUamvis ille *tit.* 43. inprimis Moribus (quibus feuda ſunt inſtar allodiorum) procedere videatur, tamen exiſtimo, primo dominum citandum propter imminentem evictionem. *arg. l.* 29. §. *ult. D. de evict.* alioquin jus domini manebit ſalvum & integrum, ut ſupra *notat. aliquot.* Vaſallus non eſt abſolute dominus, ſed agnoſcit ſuperiorem, cujus jus inviti aut inſcii mutare non poteſt. Eodem ſenſu recte tranſactio ſuper feudo facta eſt in *deciſ.* 7. *Cur. Holl.* quam hic allegavit *Groenew.*

Quid juris, ſi poſt alienat. &c.

TITULUS XLIV.

HOdie fruſtra in *d. t.* 44. quæri de recuperatione feudi, quatenus præſupponitur, quod alienatio illegitime à vaſallo ſine conſenſu domini facta ſit, notavi *ſupra ſæp.* Sane ſi vaſallus legitime ſemel amiſit, & poſtea recuperat, opus erit nova inveſtitura, aut ſaltem primum feudum intelligitur exſtinctum. *arg. l.* 98. §. 8. *D. de ſolut.*

An agnatus vel filius &c:

TITULUS XLV.

RAtio, cur in *d. t.* 45. agnatus poſſit agnoſcere feudum paternum, & reliqua bona agnati defuncti repudiare, hæc eſt; quia tale feudum non eſt pars hereditatis, cum ex jure inveſtituræ deſcendat. Ratio, cur tamen fructus, qui fuerunt tempore mortis defuncti, pertineant ad creditores hereditarios, hæc eſt; quia videntur eſſe pars hereditatis aut in bonis defuncti. Ratio, cur in *d. t.* & *t.* 51. §. *Filius &c.* filius tamen non poſſit agnoſcere feudum, & reliqua bona patris repudiare, hæc videtur; quia feudum hoc non tam ex vi inveſtituræ, quàm ex bonis patris deſcendere videtur, ſaltem in caſu dubio & quando inveſtitura non expreſſe aliter permittat aut diſponat, ut *nos lat. ad l.* 1. & 2. *D. de adq. vel amitt. hered. & in not. & morib. ad cap.* 5. *Bronch. method. feud. lit. e.* Aliam rationem ex *Neoſtad.* aſſignavit *Groenew. ad d. t.* 45. Varios mores vide apud *eund. & nos dict. loc.* Reliqua *a. t.* 45. perſpicua ſunt.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

An apud judic. vel cur. &c.

TITULUS XLVI.

DE judicibus feudalibus, de quib. *d. t.* 46. dixi ſupra ſatis ſuperque. Dixi etiam de evictionib. feud. haud ſemel atque iterum.

Qualiter domin. propr. feud. priv.

TITULUS XLVII.

AN & quando vel dominus proprietatem feudi amittat propter feloniam in vaſallum commiſſam, vel vaſallus ſuum uſumfructum vel jus beneficii, de quo caſu *d. t.* 47. ſignificavi *affatim ſup.*

De feudo non habente propriam &c.

TITULUS XLVIII.

HOdie non ſolum in eo caſu, quando feudum conceſſum eſt, ut vaſallus etiam ſine conſenſu domini alteri dare poſſit, de quo in *d. c.* 48. vaſallum vendere vel donare poſſe, ſed regulariter, modo non ſit prohibitus in feudo, notavi *ſup. ſæp.* Naturalia quoque contractus feudalis mutari poſſe, manente ipſo jure feudali à potiori parte, notavi *itid. ſup. aliquot. & in not. & morib. ad d. cap.* 1. *method. feud. Bronch.*

De eo, qui finem fecit agnato &c.

TITULUS XLIX.

RAtio, cur in caſu *d. t.* 49. pactum agnati non obſtet ſucceſſioni feudi, hæc eſt; quia plane fuit perſonale, & ideo alteri prodeſſe non potuit. Sane ſi fuit reale, vel ſi feudum omnino refutatum eſt, ut loquitur Feudiſta in *d. t.* tunc. aliud dicendum eſt. *l.* 21. §. 1. *D. de pact.*

De natura ſucceſſ. feud.

TITULUS L.

HOdie inplerisque ſaltem locis contra *d. t.* 50. in feudis ſuccedere ſolum filium primogenitum, cœteris excluſis, notavi *ſupra aliquot.* Reliqua de nepotibus, fratribus & fratrum filiis recipiunt ſucceſſionem communem, paucis tamen exceptis, ut *dict. ad cap.* 1. *Lib.* 1. Repete omnino *not. & conſuetud. noſtr. ad d. c.* 5. *Bronch. method. feud.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De capitaneo, qui cur. vend.

TITULUS LI.

RAtio, cur in *pr. d. t.* 51. vendita curia, non videatur ſimul venditum beneficium, quod ante venditionem alii datum erat, hæc vulgaris videtur; quia actus agent. non debent extendi ultra illorum intentionem. *l.* 19. *pr. D. de reb. credit.* Sane ſi §. 1. accipiatur de leviore offenſione, non temere jure ſuo futuro filius privandus videtur, ſed in graviore ſecus videtur, ut *ſupra notat. ſæp.* Adde *not. ad tit.* 55. §. 2. Si vaſallus tantum voluerit vel laboraverit dominum offendere, non amittit feudum §. 2. De inſidiis, ut *ſupra.* Hodie contra §. 3. fœminas in feudis ſuccedere, niſi ſpecialiter ſint excluſæ, dixi in *not. ad d. c.* 5. *Brench. method. lit. q. & ſup. ſæp.* Excuſſio §. 4. facta eſt in *noſtr. ad d. t.* 45. Quando demum propinquo vel emptori in caſu §. 5. jusjurandum deferendum ſit, notavi etiam *ſup. ſæp.* Oberti ſententiam in §. 6. veriorem eſſe, qua ſtatuitur, feudum valere, quod ſub lege commiſſoria creditori adquiritur, ſignificavi *ſup. aliquot. & ad l. ult. C. de pact. pign. & in not. ad d. c.* 4. *Brench. method.* Ratio, cur in §. 7. feudum dari poſſit ad certum ſervitium, data eſt *ſup. ſæp.* Adde *tit.* 104.

De prohibita feudi alienat. &c.

TITULUS LII.

HOdie vaſallum abſque conſenſu domini feudum alienare poſſe contra *d. t.* 52. atque adeo nec pretium, nec feudum amittere, nec notarium fieri infamem aut privari ſuo officio, notavi *ſup. cent.* Ergo hodie nulla pernicies Reipub. metuitur, aut ſi juſte metui poſſit, aut magnum domino ex libera alienatione, vaſalli præjudicium aut damnum inferatur, ſecus dicendum videtur.

Ratio, cur in §. 2. fratris factum non obſit ſuperſtiti, hæc eſt; quia feudum non mutat ſuam naturam propter diviſionem hereditatis. An & quando hoc Moribus ſervetur, ſignificavi *ſup. ſæp.* An & quatenus amittatur feudum, quando vaſallus intra ann. & diem non petiit inveſtituram, quo de caſu in §. 3. ſignificavi *itid. ſup. ſæp. & ad tit.* 97.

De pace tenenda inter ſubdit. &c.

TITULUS LIII.

AN in *pr. d. t.* 53. potius ſexdec. ann. poſſit præſtare jurament. fidelitatut, ut *inf. de pac. Conſtant.* §. 17. parum attendo; quum hodie arbitrarium ſit, quando ſubditi præſtent magiſtratibus jusjurand. fidelit. **den Eedt van getrouwigheydt.** Ratio, cur in *verſ. Si quis &c.* nemo regulariter ſibi ipſi jus dicere queat, data eſt ad *l. un. C. ne quis in ſua cauſ.* Pœnas violat. pac. in *verſ. ſeq.* hodie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

hodie arbrarias videri, notavi ad *tit.* 27. *& alib. ſæp.* Quomodo hodie puniatur injuria vel furtum, de quib. in *pr.* §. 1. dixi ad *tit. de furt. & injur.* Quomodo & quando puniatur homicidium aut ſimile aut diſſimile, dixi ad *Lib.* 48. *Dig. & Lib.* 9. *Cod.* Reliqua de pœna judicis, qui neglexit juſtitiam facere, vel vindicare pacem violatam, excuſſa ſunt in *anteced.*

Rectius pœnas eorum, qui conventicula faciunt & recipiunt, de quib. § 2. hodie videri arbitrarias, notavi *ſup. ſæp.* De Eccleſiaſtica cenſura *alib. propr. & lat.* De illicit. exact. *lat. ad tit. C. de exact. tribut. & alib.* Excuſſio §. *ult.* facta eſt in *noſtr. ad auth. Sacram. pub. C. ſi adverſ. vendit.*

De Allodiis.

TITULUS LIV.

QUatenus hodie allodia ſint ſub imperio Magiſtratus, & quatenus in feuda dari poſſint, dixi *ſup. ſæp.* Nimis temere in *fin. d. t.* vaſallum privari ſuo feudo, facile quis aſſequitur ex *præced. noſtr.*

De prohib. feud. alien. per Frid.

TITULUS LV.

MAle quidem Imp. in *pr. d. t.* 55. videtur prohibere omnem alienationem feudi, cum vaſallus alienans alium ſubſtituat, qui domino inſerviat, ut *notat. ad tit* 52. ſed optime alioquin conſtituit idem Fridericus in *d. pr.* quod nullius temporis præſcriptio attendenda ſit, quando res injuſte alienata eſt, vel poſſidetur, ut *lat. ad tit. C. de præſcript.* 30. *ann.* Injuſte tamen rurſus Imp. in *fin. d. t.* vaſallo ob ſolam negligent. inveſtit. privat feudo, licet vix 14. ann. egreſſus ſit, ut *ſup. notat. ſæp.* Hodie vaſallum iſtis ſervitiis, de quib. §. 1. non eſſe ſubjectum, atque adeo nec ob negligentiam vel denegationem illorum privandum feudo, notavi *itid. ſup. ſæp.* Hodie quoque feuda individua videri in Hollandia, notavit hic *Groen.* ſed hoc apud alias Gentes ſecus eſſe in ipſo ducatu, aut ſimilib. feud. reg. notavi *ſup. ſæp.* modo nihil fiat in præjudicium inveſtituræ, aut niſi aliud actum ſit. Duram aut ſaltem arbitrariam videri illam cauſam amiſſionis, de qua §. 2. indicavi ad §. 1. *tit.* 51. Reliqua de judicib. feudalib. & de excepto Imp. in juramento fidelit. excuſſa ſunt *ſup. aliquot.*

Quæ ſint regalia.

TITULUS LVI.

QUædam ex his regalibus, de quib. *d. t.* 56. apud Alios Reges & Principes recepta ſunt, quædam abrogata. *Groen. hic.* Rationes videre licet in *noſtr. ad l. ult. C. de legib.* Hodie armandias ſeu collegia fabricenſ. eſſe privata, notavi ad *tit. C. de fabricenſib.* Hodie pœnarum compendia etiam minoribus vaſallis aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

prætoribus adjudicari, notum cuilibet eſt. Hodie quoque bona indignis relicta non adplicari fiſco, notavi ad *tit. D. de his, quæ ut indign.* De bonis eorum, qui commiſerunt crimen læſæ majeſtat. dixi ad *l.* 5. *C. ad l. Jul. majeſt.* De theſauro in loco Cæſaris invento dixi ad §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.*

Quot teſtes ſunt neceſſ. ad prob. &c.

TITULUS LVII.

Recte cenſuit *Groenew.* contra *d. t.* 57. vaſalli ingratitudinem ſeu feloniam Moribus noſtris probari per duos teſtes, ſed rationem non adjecit, quæ tamen vulgaris eſt. *Deut.* 19. Poſſent tamen quinque, vel plures teſtes requiri ſub pœna pecuniaria, ſed vix ſub pœna nullitatis negotii, ut *notat. ſup. ſæp.*

De notis feudorum.

TITULUS LVIII.

Ratio, cur in *pr. d. t.* 58. in feud. camer. vel caven. potius domino faveatur, quam vaſallo, adjecta eſt *ibid.* quæ quidem in aliis feudis vel dominis & vaſallis uſum habere poteſt, ſed non in feud. de caven. aut camer. ut *ſup. notat. aliquot.* Hodie in quibuſdam locis juxta §. 1. fieri inveſtituram feudi coram Paribus Curiæ, præſtito juramento fidelitatis, in qnibuſdam Parium præſentiam non requiri, notavi ad *tit.* 2. Si credimus *Freder. à Sand. in tract. feud.* 3. *c.* 1. in quæſtione de feudal. action. judice competente vix quidquam certi ex textib. *Libror. feudal.* conſtitui poteſt. An & quatenus res communis in feudum dari poſſit, de quo caſu in §. 2. ſignificavi in *præmiſſ. ſæp.* Defenſionem juratoriam, de qua §. 3. hodie abrogatam eſſe, notavi *itid. ſup. ſæp.* Quinam teſtes poſſint cogi, & quinam teneantur jurare, dixi ad *tit. de teſtib. D. & C.* Ratio, cur in §. 4. heres tantum præſtet juramentum credulitatis, adjecta eſt *ibid.* Reliqua de teſtib. ad *dd. tt. de teſtib.*

Sequuntur quædam fragmenta &c.

De alienatione feudi.

TITULUS LXXIII.

An & quatenus hodie vaſallus contra *d. t.* 73. feudum alienare poſſit, notavi *ſup. ſæp.*

De feudis ſcutiferor.

TITULUS LXXIV.

Hodie nec feuda ſcutiferorum, nec aliorum pro lubitu, revocari poſſe, niſi expreſſe aliter convenerit, notavi *itid. ſupra aliquot.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De condit. efud. non impl.

TITULUS LXXV.

RAtio, cur in *d. t.* 75. beneficium amittatur, hæc eſt; quia datum fuerat ſub conditione, qua deficiente, deficit feudum, ut *alib. ſæp.*

De fidelitate.

TITULUS LXXVI.

AN & quatenus feudum poſſit eſſe ſine juramento fidelitat. non tamen ſine fide aut ſervitio, de quo caſu *d. t.* 76. dixi in *not. & morib. ad d. c.* 1. *Bronch. method. feud. lit. d. & f.* ubi & de formula fidelitatis, de qua & *alib.*

Si plures ſint domini &c.

TITULUS LXXVII.

QUalis fidelitas, & quale ſervitium, de quib. *d. t.* 77. hodie præſtetur à vaſallo, ſignificavi *ſup. aliquot.* Scilicet pleraque feuda ſunt libera à ſervitiis, ſed nequaquam à fide, quæ ob beneficium acceptum ſervanda eſt. De diviſione feudi dixi ad *d. t.* 55. §. 1.

Culpam unius ex coheredib. &c.

TITULUS LXXVIII.

HOdie *dict. tit.* vix uſum habere inter coheredes filios, inter quos ſolus primogenitus ſuccedit, notavi *ſup. aliquot.* ſed inter alios agnatos vel cognatos culpa unius recte non præjudicat cœteris. *l.* 74. *de reg. jur.*

Vt ratio vaſalli priuſq. &c.

TITULUS LXXIX.

RAtio, cur in *d. t.* 79. ratio vaſalli prius diſcutienda ſit, quam domini, ſubjecta eſt *ibid.* ſed vix ſolida videtur *Groenew.* qui utriusque rationem pari paſſu examinandam cenſet. Forſan rectius & hoc arbitrarium ſtatuitur, ut quodlibet fere judicium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De evictione.

TITULUS LXXX.

HOdie diſtinguendum videri, quando quæritur, an dominus teneatur de evictione feudi, de qua in *d.t.*80. notavi *ſupra ad tit.* 8. *Lib.* 2. *& tit.* 25. Quod contra *d. t.* vaſallus habeat regreſſum adverſus dominum, licet ſciens emerit, pluribus probavi ad *l.* 27. *Cod. h. t. & d. t.* 8.

De feudis impropr. quæ auſ. &c.

TITULUS LXXXI.

RAtio, cur in *d. t.* 81. feuda impropria poſſint pro lubitu vel arbitrio dantis revocari, ſi hoc actum ſit, cuilibet obvia eſt. Sed in aliis ſecus eſſe, apparet ex *noſtr. ad. tit.*74. Scilicet nec ipſa res donata revocari poteſt, niſi ob cauſas ingratitud. *l. ult. C. de revocand. donat.* Quid ſit dicania, vide apud *Gothof. ad d. t.*

Prius poſſeſſion. reſtit. &c.

TITULUS LXXXII.

NE quis impune ſibi ipſi jus dicere, aut vim facere liceat, ideo in *d. t.* 82. prius reſtituenda eſt poſſeſſio, antequam diſceptetur de cauſa principali, ut *lat. ad l. ult.* §. *ult. C. depoſ. & ad l. un. C. ubi de poſſeſſ.*

Si unus ex fratrib. ded. &c.

TITULUS LXXXIII.

HOdie, inquit *Groenew. ad. d.t.* 83. ſolus primogenitus in feudo ſuccedit, iſque invitis agnatis poteſt feudum irrevocabiliter alienare, ſed hoc ſimpliciter verum non eſſe, quando in inveſtitura vel in conſtitutione feudi aliter convenit, notavi *ſup. aliquot.* An feudum hæreditarum & paternum idem ſint, & quomodo differant à feudo, quod eſt ex pacto & providentia, videſis in *not. noſtr. ad d. c.* 1. *Bronch.*

Patrem in feudo filii non ſucced.

TITULUS LXXXIV.

RAtio, cur in *d. t.* 84. pater in feudo filii non ſuccedat, hæc videtur; quia feudum datur ſanguini generoſo præſenti & futuro, cum fortes ſoleant creari a fortibus, ſed tamen hæc ratio Moribus non ubique attenditur, ut videre eſt in *not. noſtr. ad d. c.* 5. *Bronchorſt. lit.l. & ad d.t.*50. *& alib.* Quin tamen aliter paciſci liceat, nemo dubitet. *d. t.* 84.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De inveſtitura facta marito &c.

TITULUS LXXXV.

QUod inveſtitura poſſit fieri vel per geſtorem vel procuratorem, ut in *d. t.* 85. ſignificavi *ſup. aliquot.* Ratio, cur in *d. t.* jus adcreſcendi non habeat locum, ſed pars deficiens adquiratur domino, data eſt ad *tit.* 13. *lib.* 2.

De fructibus feudi:

TITULUS LXXXVI.

RAtio, cur in *d. t.* 86. fructus extantes etiam ipſi ſolo cohærentes pertineant ad filias vel alios heredes vaſalli, vel creditores vaſalli, hæc eſt; quia ſunt allodia, quæ regulariter transferuntur, ut *notat. à nob. ad l.* 22. *C. de rei vind.* An & quando hodie filia ſuccedat in ipſo feudo, ſignificavi *ſup. ſæp.*

An præſcript. feud. adq.

TITULUS LXXXVII.

JUſtiſſime quidem cautum eſt in *d. t.* 87. quod ille, qui mala fide poſſidet, nulla temporis præſcriptione ſe tueri poſſit, ſed injuſte admittitur præſcriptio etiam tricennal. ſi ex bona fide proceſſit. Quin ipſe *tit.* 55. *in pr. huic. tit.* 87. manifeſte adverſatur, ut *ibi lat. & alib.*

De probatione inveſtit.

TITULUS LXXXVIII.

QUænam probatio inveſtituræ hodie ſit legitima, quaque ſolennitate, & coram quibus paribus hodie fieri poſſit, ſignificavi *ſup. ſæp.* Hodie quoque non ſolum poſſeſſ. ſeu jus poſſeſſionis per ſolam conventionem traditum videri, ſed etiam ipſum dominium, ſignificavi *itid. ad d. c.* 12. *Bronch. method. feud. & ad l.* 20. *C. de pact. & alib. ſæp.*

Condition. tacite feud. ſequi.

TITULUS LXXXIX.

RAtio, cur in *d. t.* 89. feudum videatur eadem conditione tranſlatum, ſub qua hactenus habuit ipſe tranſlator vel donator, facile deſumitur ex natura negotii & veriſimili voluntate contrahentium.

Fratrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Fratrem fratri in feud. nov. ſucced.

TITULUS XC.

RAtio, cur in *d. t.* 90. neptis cum patruo ad feudum veniat, adjecta eſt *ibid.* ſed proprior aut ſimplicior hæc eſt; quia pacto ita convenerat. Cætera *d.t.* excuſſa ſunt *ſupra ſæp.*

De inveſtitura veter. & nov. benefic.

TITULUS XCI.

QUomodo hodie fiat inveſtitura vel veteris feudi, vel novi, ſignificavi *ſupra ſæp.* An & quatenus diſtinguendum ſit inter feudum antiquum & novum, quando agitur de ſucceſſione, indicavi ad *d. c.* 1. *Bronch. lit. n.* Quid ſit feudum rectum & non rectum, vide apud Interpret. ad *tit.* 39. *Lib.* 2. *feud.* Reliqua de perſon. vel reb. Eccleſiaſt. an & quatenus utilia ſint, notavi *itid. ſup. ſæp.*

Iuſto errore excuſari vaſall. &c.

TITULUS XCII.

RAtio, cur in *d. t.* 92. vaſallus non poſſit condemnari, partim eſt probabilis error, partim irrequiſita neceſſitas fidelitat. Quomodo autem probetur feudi conſtitutio vel inveſtitura, oſtenſum eſt *ſup ſæp.*

Factum fratris fratri &c.

TITULUS XCIII.

QUoniam hic *tit.* 93. iiſdem verbis occurrit in *tit.* 52. §. 2. atque adeo *ibid.* à nobis jam excuſſus eſt, remittimus benevolum Lector. ad *d.* §. 2. An hoc ſit proprium iſtius feudi, quod vocatur ligium, ſcilicet nullum anteponere, vel vaſallum eſſe duor. dominor. nullus inquiro, quum uſum non habeat, ut *notat. in not. noſtr. ad d. c.* 5. *Bronch. lit. t.*

De feudo Guard. & Gaſtald.

TITULUS XCIV.

ILla nomina vel feuda Guard. & Gaſtald. de quib. *d. t.* 94. proprie in uſu non eſſe, certum eſt, ſed tamen veſtigia ſupereſſe, aut ſimilia conſtitui poſſe, ſignificavi *ſup. aliquot.* & ſic intellige *Groenew. ad h. t.* Adde *not. noſtr. ad tit.* 2. *Lib.* 1. Quando impropria feuda auferri vel revocari poſſint, dixi ad *d.t.* 81.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De ſucceſſione feudi.

TITULUS XCV.

HOdie contra *d.t.*95. filiam ſuccedere, niſi expreſſo pacto excluſa ſit, notavi *ſupra aliquot*. Reliqua de ſucceſſione fratrum & nepot. *itid. ſupra* excuſſa ſunt *ſæp.*

De inveſtitura alieni benefic.

TITULUS XCVI.

RAtio, cur in *d. t.* 96. inveſtitura inutilis ſit, cuilibet etiam in jure tyroni nota videri debet. Sed quæ ratio, cur ſciens non habeat action. de evict. ſi quid pro feudo ſolverit? Vide *not. ad d. t.* 80.

Non amittere feud. eum, qui ſine dolo &c.

TITULUS XCVII.

HOdie feudum vix amitti, licet dolo vaſallus non petierit inveſtituram intra ann. & diem, ſupra contra *d. t.* 97. notavi *aliquot*. Sane ſi dolus non intercesſit, vel vaſallus conſcio domino cum amore fecit ſervitia ſine inveſtitura, feudum non amittitur. *d. t.* Quænam infidelitas vaſalli privet feudo, dixi *itid. ſup. ſæp.*

Ex delicto vaſalli feud. ad domin.

TITULUS XCVIII.

AN & quomodo hodie feudum contra *d. t.* 98. pertineat ad fiſcum ob delictum vaſalli, notavi ad *tit.* 26. §. 4. *& alib. ſæp.* ergo nec ad dominum, nec ad agnatos devolvit, niſi forſan ab initio expreſſe aliter in ipſa conſtitutione vel inveſtitura feudi convenerit. *l.* 1. §. 6. *D. depoſ. & tot. tit. C. de donat. quæ ſub mod. vel condit.*

De feudo ligio.

TITULUS XCIX.

HOdie in Belgio Aliisque Regionibus nullum diſcrimen eſſe inter juramentum ſeu feudum ligium & non ligium, atque adeo vaſallum ligium duorum dominorum conſtitui poſſe, notavi *ſupra ad tit.* 91. *&* 93.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Imperator. feud. amitt. &c.

TITULUS C.

RAtio, cur in caſu *d. t.* 100. ipſe Imp. amittat feudum, ſi negat fidelitatem, vel alium fidelem vaſallum ſubſtituere, deſcendere videtur ex natura feudi & ex veriſimili voluntate contrahentium, ſed hodie vix attenditur, cum non ſit privandus vaſallus ſine magna ingratitudine, ut *ſupra notat. ſæp.* An Imp. ſit vaſallus Pontificis, vel ſedis Apoſtolicæ, ſignificavi in *not. & morib. ad d. c.* 1. *Bronch. lit. w. & in not. ad c.* 33. *diſtinct.* 33. *Groenew. hic.*

Eccleſiam fidelitat. non fac.

TITULUS CI.

QUæ quæſo ratio, cur in *d. t.* 101. Eccleſia non teneatur præſtare juramentum fidelitatis, cum ipſe Imp. præſtare teneatur. *d. t.* 100.? Scilicet Eccleſia non jurat, de cujus fide fideliter præſumendum eſt. Sed ſi Eccleſiaſtici velint eſſe vaſalli, ergo & ipſi jurare debent, aut ſaltem per alium, quemadmodum per alium inſervire poſſunt, ne ſe cum diſpendio Eccleſiæ immiſceant negotiis civilibus, ut *notat. ſup. ad tit.* 21. *& alib.*

Non cogi vaſall. pro uno feudo &c.

TITULUS CII.

RAtio, cur in caſu *d. t.* 102. vaſalli non cogantur fidelitatem præſtare, niſi heredes domini primo feudum partiti ſint, adjecta eſt *ibid.* Quomodo hodie fiat jurament. fidelit. & coram quibus paribus, dixi haud uno in loco *ſup.*

Filios tantum ſecundi matrim. &c.

TITULUS CIII.

RAtio, cur in *d. t.* 103. ſoli filii ex ſecundo marito ſuſcepti ſuccedant in feudum, hæc eſt; quia feudum adquiſitum fuerat contemplatione ſecundi mariti. Et ideo ſenſum *d. t.* non eſt aſſecutus *Groen.* quia ſe refert ad *tit.* 29. nec *Gothof.* qui ſe refert ad *tit.* 26. §. 4. *verſ. mulier &c.*

Caſus, quibus fœm. in feud. ſucced.

TITULUS CIV.

HOdie fœminas non ſolum in caſibus, qui in *d. t.* 104. recenſentur, in feuda ſuccedere, ſed regulariter, niſi ſpecialiter ſint excluſæ, notavi *ſup. aliquot.* Notatu dignum eſt, quod in *fin. pr. d. t.* dicitur, pleraque feuda tunc temporis ita data fuiſſe, ut nulla pro illis fierent ſervitia.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

De feudis habitation.

TITULUS CV.

RAtio, cur in *d. t.* 105. feuda habitationum morte accipientium finiantur, vel etiam deſertione habitat. *tit.* 75. facile colligitur ex natura feudi, ſeu ipſa conditione adjecta.

Servos poſt delat: ſucceſſ. &c.

TITULUS CVI.

SUmma ex *d. t.* 106. qui de ſervis, hæc eſto: quod legitime factum eſt, non debet facto ſuperveniente retractari. Item in feudis ſpectatur tempus delatæ ſucceſſionis.

Ut vaſalli ſumptib. dom. &c.

TITULUS CVII.

RAtio, cur in *d. t.* 107. vaſalli ſumptibus dominorum ſervitia præſtent, intermixta eſt *ibid.* quæ coincidit cum ratione Pauli ad *Corinth.* 1. *cap.* 9. *v.* 7.

Vaſall. feud. poſſe in alium &c.

TITULUS CVIII.

QUod non eſt prohibitum, intelligitur permiſſum, & ideo in *d. t.* 108. vaſallus poteſt feudum arctiore vinculo in alium transferre, quam ipſe habuit, licet tacite non præſumatur. *d. t.* 89.

Clericatu feud. amitti.

TITULUS CIX.

RAtio, cur in *d. t.* 109. vaſallus amittat feudum, ſi factus eſt clericus, ſubjecta eſt *ibid.* ſed illis verbis tamen non reperitur in divinis elogiis, ſed tamen ſimilibus apud *Paul.* 2. *Timoth.* 2. *v.* 4. Quo ſenſu tamen Epiſcopus vel Paſtor Eccleſiæ ibi videatur prohibitus ſe immiſcere civilibus, ſignificavi ad *tit.* 101. Et ſane ſi Eccleſia poteſt ſuſcipere munus vaſalli, dominoque inſervire per ſubſtitutum aut vicarium, quidni & vaſallus poſſet fieri Epiſcopus & retinere feudum, quod & ſine ſervitio eſſe ſolet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

DE FEUDIS.

LIB. V.

Quo variæ conſtitut. &c.

Conſtit. Conradi

De beneficiis.

TITULUS I.

Hæc *conſtit. Conradi* & memorata & explicata videri poteſt in *noſtr. ad tit.* 1. §. 2. *Lib.* 1. *& ad tit.* 34. *&* 40. *Lib.* 2. ubi & de culpa, propter quam beneficium feudi amittatur, & de judicibus feudalibus, coram quibus diſceptetur, & de aviatico ſeu nepote, qui in patris locum ſuccedit, & de cœteris *d. t.* 1.

Conſtitutio Henrici

De cauſis amitt. feud.

TITULUS II.

Illam defenſionem per pugnam, de qua in medio *d. t.* 2. hodid ex jure Divino illicitam videri, notavi ad *Lib.* 2. *tit.* 27. *& alib.* Reliquæ ſpecies probationum & reliquæ cauſæ amittendi excuſſæ ſunt *ſup. ſæp.*

Alia conſtit. Henric.

De vaſallo, qui uuum ex domin. &c.

TITULUS III.

Hodie ſolam illam incuriam aut negligentiam vaſalli haud magnum adferre domino contemptum, atque adeo nec auferre feudum, *notat. ſup. ſæp.* Plus igitur hic in rubro quam in nigro, in quo proprie non fuit refutatio, de qua *nos alib.*

Alia conſtit. Henric.

Vt ingratitudo vaſalli &c.

TITULUS IV.

Iſtum numerum 5. teſt. de quo *d. t.* 4. non poſſe requiri abſolute, ſed tantum ſub pœna pecuniaria, notavi ad *tit.* 57. *Lib.* 2. ubi hæc conſtitutio exſtat.

Conſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Conſtit. Lotharii

De feud. non alienand.

TITULUS V.

Hæc *conſtit.* reſpicit. *tit.* 52. *Lib.* 2. *feud.* ubi hæc conſtitutio plenis verbis proponitur, noſtriſque notis & moribus illuſtrata eſt.

Alia ejuſd. Lothar. conſtit.

De inveſtit. non petita &c.

TITULUS VI.

Hæc *conſtit.* vel *hic tit.* excuſſus eſt in *noſtr. ad tit.* 53. §. 3. *Lib.* 2. ne ergo acta videamur agere, haud ægre ferat Lector, ſi ad *d.* §. remittatur. Aliquando nunquam ſatis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur, ſed hoc in caſu ſecus eſt.

Conſtit. Frederici

De feudis non alienand. &c.

TITULUS VII.

ODioſæ nonnihil ſunt remiſſiones, quando verſamur circa materiam utilem, ſed quia alienat. feudor. hodie ſunt licitæ, ideo & hic Lectorem remittimus ad *tit.* 55. *Lib.* 2. ubi integra hæc *conſtit.* proſtat.

Alia de jure fiſci

TITULUS VIII.

Regalia, quæ in *d. t.* 8. indicantur, excuſſa ſunt in *noſtr. ad tit.* 56. *Lib.* 2.

Alia conſtit. ejuſd. Fred.

De pace tenenda.

TITULUS IX.

Hæc conſtitutio extat & excuſſa eſt in *tit.* 27. *Lib.* 2.

Alia conſtit. Frider. Imp.

De incendiar. & pac. violat.

TITULUS X.

Pœnas in *d. t.* 10. circa incendiarios & eorum receptores conſtitutas hodie rectius arbitrarias videri, notavi & *ſupra ſæp. & ad l.* 28. §. 12. *D. de pœn. & ad tit. C. de his qui latron. occult.* Sane illa pœna, quæ conſiſtit in viſitando ſepulchro Domini noſtri, aut viſitand. liminib. Apoſt. Jacob. apud Reformatos abrogata eſt. Plura Theologica addidit *Groonew.* quæ nobis à profeſſione juris aliena videntur. Sed mirum eſt, cur Imp: ſe ſubmittat pontifici in *d. c.* 10. & hic tamen injungat Epiſcopo diæceſiano, ut incendiarium à communione Eccleſiæ & fidelium abjiciat. Reliqua excuſſa ſunt *alib.*

Alia conſtit. ejuſd.

De pace componenda &c.

TITULUS XI.

Hæc repetita conſtitutio à nobis excuſſa eſt juxta decretum noſtrum in *noſtr. ad tit.* 53. *Lib.* 2.

Alia conſtit. ejuſd. Frider.

De pace conſtantiæ.

TITULUS XII.

Hæc conſtitutio eſt ipſa conſtitutio ultima ſeu *tit. ult.* 21. ubi *lat.*

Alia conſtit. Frider.

De jure πξοτιμήσεως.

TITULUS XIII. *& ſeqq.*

An & quatenus conſtitut. Frideric. Aliorumque in *d. tit.* 13. *& ſeqq.* qui de jure *πϱοτιμήσεως* ſeu retractus agunt, in feudis aut aliis bonis hodie uſu receptæ vel emendatæ ſint, dixi ad *l.* 14. *C. de cont. empt.*

FINIS FEUDOR.

Conſtitut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Conſtitut. Frider ſecund. incip.

De ſtatut. & conſuetud. cont. libert. &c.

TITULUS I. vel XVII.

EXcuſſionem *huj. tit.* videre licet in *not. noſtr. ad varias authentic. in Cod.* Excuſſio §. 1. eſt in *not. ad auth. Caſſa. C. de SS. Eccleſ. & in cap. nover. ext. de ſentent. excomm.* Excuſſio §. 2. eſt in *not. ad auth. Item nulla communit. C. de Epiſcop. & Cleric.* Excuſſio §. 3. eſt in *not. ad auth. Item quæcunque C. de Epiſc. & Cler.* Excuſſio §. 4. eſt in *not. ad auth. Statuimus. C. eod.* Excuſſio §. 5. eſt in *not. ad auth. Gazar. C. de hæretic.* Excuſſio §. 6. eſt in *not. ad auth. Statuim. C. de epiſcop. audient.* Excuſſio §. 7. eſt in *not. ad auth. Si domin. C. de hæretic.* Excuſſio §. 8. eſt in *not. ad auth. Credente. C. eod.* Excuſſio §. 9. facta eſt in *not. ad auth. Navigia. C. de furt.* Excuſſio §. 10. eſt in *not. ad auth. Omnes. C. comm. de ſucceſſ.* Excuſſio §. 11. eſt in *not. ad auth. Agricult. C. quæ res pign.*

EXTRAVAGANTES

Quas nonnulli XI. collat. appell.

Quomodo in læſæ majeſt. &c.

TITULUS I. vel XIX.

MOdum procedendi circa crimen læſæ Majeſtatis ſatis ſuperque me excuſſiſſe exiſtimo in *not. ad L. Jul. Majeſt. in §. 3. Inſt. de public. judic. & in Dig. & Cod. ad d. l.*

Qui ſint rebelles.

TITULUS II. vel XX.

DEſcriptio rebellium ſatis perſpicua eſt in *d. t.* latiusque excuſſa ad *tit. C. de ſeditioſ.* & paſſim in *not. noſtr. ad Lib. 48. Dig. & ad Lib. 9. Cod.* ubi & hoc indicatum videri poteſt, quod illa pœna mille librar. de qua in *fin. d. t* hodie cenſeatur arbitraria.

LIBER.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

L I B E R

De pace Conſtantiæ &c.

TITULUS III. vel XXI.

IN hoc Libro de pace Conſtantiæ rurſus nobis decretum eſt ea inprimis notis noſtris illuſtrare, quæ juris ſunt. Qui plenam gratiam indulget, ei & crimen remittitur, & ad honores locus conceditur. *pr. d. tit.* An & quatenus ſigilla probent, indicavi ad *tit. de probat. & præſumpt.* Quo jure hodie civitates habeant merum imperium, ſignificavi ad *tit. D. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Pace contracta, reſtituuntur bona hoſtibus. *verſ. Hoc quod nos &c.* De appellat. de quib. *verſ. In cauſ. appellat.* dixi ad *tit. D. & C. de appellat.* Qui vaſalli inveſtituram à Principe, qui ab Aliis ſuperiorib. petere & recipere debeant, de quib. §. 1: quæque ſint cauſæ amittendi feudi, de quibus etiam *d.* §. dixi *ſup. ſæp.* Imperatori etiam per ſuos officiales & conſiliarios fit injuria. *verſ. Libellar. &c.* Quænam pactiones metu initæ, de quib. *verſ. pactiones &c.* ſoleant reſcindi, indicavi ad *tit. quod met. cauſ.* Quæ ſententiæ tempore rebellionis latæ reſcindantur aut non reſcindantur, manifeſte deciſum eſt in *verſ. Sentent. &c.* Quo ſigno ſoleat probari poſſeſſio jurisdictionis, de qua *verſ. Amplius &c.* ſignificavi ad *tit. D. de juriſdict.* Loci conſuetudo, ubi res feudalis ſita eſt, attendi debet. *verſ. Civitates &c.*

Sequentia deſunt in edit. *Cujac.* ſed tamen illuſtrare jubet.

COntractus ex bona fide interpretionem recipiunt. *verſ. Hanc igitur &c.* de quo *nos lat. ad tit. Inſt. de obligat. ex conſ.* An & quatenus procurator poſſit jurare in animam domini ſui, de quo caſu *verſ. Hanc itaque &c* dixi ad *tit. de procurat. & alib.* Enumerandæ ſunt perſonæ & civitates, quæ pacem juramento confirmarunt. *verſ. Hi autem &c.* Formula juramenti, quæ eſt in *verſ. In Chriſti nomine &c.* denotata eſt *ſup. ſæp.* Contractus ſano ſenſu & ex veriſimili voluntate contrahentium interpretandos eſſe (vulgo ſonder argh ofte liſt) ſignificavi ad *verſ. Hanc igitur &c.* Credentiam contra ſuum juramentum revelans officio privandus eſt *d. verſ. In Chriſti nomin. &c.* Hodie tamen hoc genus infidelitatis pœna arbitraria mulctandum videtur, ut *ſup. ſæp.*

FINIS

Soli Deo Gloria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

2122

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]